







John Carter Brown










MESSIS
PARA QVA.
RIENSIS.



MESSIS PARAQVARIENSIS

A

PATRIBVS SOCIETATIS
JESV PER SEXENNIVM IN

PARAQVARIA COLLECTA,

Annis videlicet

M. DC. XXXVIII. XXXIX. XL.
XLI. XLII. XLIII.

Conscripta à

P. ADAMO SCHIRMBECK,
SOCIETATIS EIVSDEM
SACERDOTE.



Permissu Superiorum.

MONACHII,

Formis LVCAE STRAVII,

impensis IOANNIS VVAGNERI, Ciuis & Bibliop.

Anno M. DC. XLIX.

JOHN CARTER BROWN

3722316
212312470149

ESTATE OF JAMES B. WILSON
1910-1911

卷之三

卷之三

SERENISSIMO AC POTENTISSIMO
PRINCIPI AC DOMINO,
DOMINO

MAXIMILIANO

COMITI PALATINO RHENI,
VTRIVSQUE BAVARIAE DUCI,
S. R. I. ARCHIDAPIFERO ELECTORI,
PRINCIPI AC DOMINO SVO CLE-
MENTISSIMO.

ICEAT agri Christiani
messoribus, qui in gle-
bâ olim tam sterili vt-
cunque fructuosè de-
cidarunt, Serenitati Suæ reueren-
ter manipulos, & foetas frugibus
aristas inclinare: quæ cùm sint suo
fructu ac sponte graues, ad Sereni-
tatis Suæ conspectū multò prom-
tiùs capita submittunt, à Iosephi
fratribus, quos ipse totidem sibi
manipulis repræsentari in somnis
videbat, rēuerentiam edoctæ. Et
icet hæc animarum seges propitio

A 3 diuini

EPISTOLA

diuini Solis ardore maturata, om-
nem Cœlo prouentum debeat;
erit tamen non parua laboranti-
bus consolatio, etiam Serenitatis
Suæ lumine percurri: præsertim
cùm non ignoremus, vti Serenitas
Sua pro summâ suâ pietate rem
Catholicam non domi tantum,
sed foris etiam, vnâ cum Serenissi-
mi Nominis famâ propagat; ita
eius successu magis, quàm suis
emolumentis reereari. Memini-
mus, aliquot abhinc annis, Messis
Paraquariensis à minimæ Societa-
tis nostræ operis illic collectæ spe-
cimen summâ voluntate Serenita-
tem Suam accepisse, illisque ocu-
lis dignatam, quos summorum
negotiorum tractatione fatigatos,
eius lectione potius, quàm quoquis
viridario oblectauit. Hoc exem-

plo

DEDICATORIA

plo freti, sex annorum prouentum,
breui libello, velut in frumenta-
rias rationes relatum, Serenitatis
Suæ clementissimis oculis exhibe-
mus. Postremò vt Serenitas Sua
post militare ferrum, in usum vo-
meris ac falcis restitutum, multis
aristis posthac superstes, pacem,
quæ modò in herbâ est, diutissimè
iam adultam videat, precatur Kal.
Febr. 1649.

SERENITATI SVÆ

Deuotissimum

Collegium Landishutanum
Societatis J E S U.



AD LECTOREM.

NE à nobis historiam ab uno, ut aiunt, reperendam exspectes, Amice Lector monitum te velim, me, quā ad suum ac calum Americanum spectant, breuitatis studio preterire: tum quod ab ijs hoc præstatum sciam, qui ante me Patrum nostrorum in Paraguariā labores ac fructus conscripsere; tum quod è tabulis aut libris, qui bus hic Orbis data operā describitur, facilius addiscas.

Eis si verò multa sint illic à Patribus pro animalium causā gesta, que laudem ac publicum mereantur; plura tamen consulto ex ijs dissimulaui, que usū quotidiano legentibus si non viliora, certè tristiora, gratiam non uitatis non efficerent habitaera. Et profectò gratulemur huic Orbi

AD LECTOREM.

Orbi ac euo nostro , multa præclarè pro Dei
ausâ à varijs acta , quæ per se eximia , & ex-
eris per quam operosa famam demerrissent .
odie non aliter obsolescere , quām olim Salo-
nonis atate argenium euiluit : quamvis nobile
deterioris nota postmodum in Lydio Lapide
appareret , quando etiam in lacunis eniuit .
Quod si in quotidianis etiam rebus quidpiam
erit aliunde rarum ; illud publico & oculo iuic
nimè subducemus .

Patrum quoque è Societate nostrâ , qui il-
lic vitam religioso fine magnâ meritorum non
modo conscientiâ , sed famâ insuper clause-
runt , plerosque præterimus : ne quis putet ,
ne familiarium Panegyrin , non Indicarum
erum historiam texuisse . Peregrina enim
lectanti allatum ex orbe altero solium , plus
quām natum in patriâ pomum arridet . Hinc
P. Didaci Aluarij . Páname in Peruano re-
no nati vitam , nulla non viriute insignem ,
& ad extremum morte pro Neophytorum sa-
lute obitâ nobilitatam , omnino tacemus .
Eandem ob causam P. Didaci Ferrerij Belgar-
& P. Iosephi Domenecçi Hispani virtutes file-
mrus ; quibus uterque non in illâ solum Bar-

AD LECTOREM.

barorum caligine emicuit, ut in obscuro
quilibet scintilla micta; sed potuissent in Europa quoque meridie inter sidera spectare.
Alios tamen, quod occasionem praberent, res Indorum aut insolens quidpiam enarrandi, non preteriui.

Indorum adhac furorem, cui nemo bonus absque commiseratione succenseret, subinde liberalius enarro: quod credam, neque Lectori inexspectatum, neque genti illi probrosum fore; quidquid, ut agri nondum curata plorēnesi, in medicos euomuerunt. Magnam potius accessionem ad aeternum Indorum deus facit, quod non ita pridem belluis omnibus immaniores, hodie frenum exosculentur: ut sperem, ab illis ipsis si minus commendationem, certè veniam me consecuturum: si sua vulnera legant, tam honestà fuisse à me cicatrice obducta.

Dum autem Paulopolitanos dicimus, Indorum libertati imminere; absit, ut gentis ullius famam attredemus: neque enim eos reprehendimus, qui regio ac publico iure Indis imperant; sed eos duntaxat historia perstringit, qui prouati emolumenti prepostero studio

AD LECTOREM.

Studio aduersus Summorum Pontificum ac Re-
gum auctoritatem eam sibi potestarem vendi-
carunt. Ut adeò non vniuersa nationis cuius-
quam dedecet, sed singularium hominum vi-
ianotemus.

Denique ne quisquam suspectam habere
meam fidem possit; sanctè profiteor, me res
omnes ea prorsus serie fide optimâ percensu-
se, quam Autographum ipsum suggestit: quod
ad Admodum R. P. N. Mutium Vuellescun-
p. m. tunc Societati vniuersa Prapositum Ge-
neralem Romam à P. Francisco Lupercio Pa-
raquaria Prouinciali missum; ad nos denique
allatum est. Inde quæ publico digniora præca-
teris sunt visa, nostra Germania Superioris
Prouincia potissimum in lucem edenda è
promptiori voluntate suscepit; ut singularia
Paraquariensis Prouinciae in hanc nostram
merita publico monumento testaretur. Neque
verò inanem hanc monentis curā fuisse multa
docebunt; quæ Lectori non antè præmonito vi-
deri possent, ceu ad ornandam fabulam ele-
gantiū, quàm verius à me superinducta. Ad
ego verius, fontem ipsum ullà commenti cu-
iusquam suspicione inficere; rebus, ut à sca-

AD LECTOREM.

turigine suâ fluxerunt, intactis prater manu-
nihil addidi. Quod verò non uno loco, in Bo-
roraorum præcipue coloniâ sive multa minu-
tim prosecutus; id ipsum ab ijs accepi, qui res
à seipsis gestas omnium verissimè, non ut testes
modo illorum operum, sed etiam auctores, per-
scriperunt. Fateor, sape me attonitum ad
tam festina Dei omnia gubernantis exemplia
stupuisse, ac mihi met non semel occinuisse;
nihil nos debere priscis temporibus ac prodi-
gijs inuidere: quæ solâ atate priora, in recen-
tibus exempli ut in Elypo veneremur.

Hec idcirco premisi; ne Lectio totam Pa-
raquarium in parvo libello lustraturus, in in-
gressu offenderet. Vale, & è flauenti Para-
quaria messe fructum non color em lege.

MES-

MESSIS PARAQVARIENSIS.

STATVS PROVINCIÆ.

PARAQVARIA Australis Americæ pars est, Brasiliæ finitima, quæ à Parauario fluvio illic celebri nomen sortita, æquali tractu cum Promontorio Bonæ spei vltra Capricorni Tropicum excurrit. Huic accensi Tucumáni, gens vltra Páranam latum flumen sita, Christianis operis ingentem industriae campum aperiunt. In hoc igitur agro, laboris ac frugis ex æquo fecrati, hoc sexennio, quo eius Regionis Annuas definimus, vltra centenos, nunc sexageni, nunc octogeni è Societate JESV laborarunt, nisi maiores animos quam copias secum afferrent, messi minimè pares futuri. Sed parua manus magnis

*Patrum
in Para-
quaria
nume-
ria*

animis D E I & animarum causam complexa, collectas in paruo vires latius exseruit. Etenim regiones illae situ & barbarie vastae, nec amplius quam octonis Collegijs habitatae, ita domicilia & operas habent diuisas; ut vndequaque per excursiones possint à Patribus iuari. Gens ipsa paulatim à solitudine & siluis, quas etiam in moribus circumferebant, ad communem viuendi usum vitae ciuilis lenocinijs inducta, hodie viginti duabus colonijs, quas Reductiones vocant, continetur. Verum ad hanc in officio non modò boni ciuiis, sed hominis etiam Christiani continentam, dum Patres totis viribus adniterentur, nouam rempublicam, veteri veraque Religione stabilitam, exteræ propè turbæ conuellebant.

A Paulopolitana turbarum Christianorum collecta, libertatis quies.

Oppidum est apud Brasilos, à S. Paulo dictum, ubi colluuij è Barbatis & Christianis collecta, liber-

ati ac fortunis Paraquariensium
perpetuò insidiatur. Inde enim iu-
no sàpe exercitu egressi prædones,
quidquid armis obtinent; ad serui-
tutem abripiunt. Quocirca Neo-
phyti, qui Guáram flumen accole-
bant, quòd ipsi hostium furorem, si
quid mouerent, omnium primi ex-
ciperent, cogebantur vltra Pára-
nam & Vruaícam tutiora quærere.
Cuius consilij ac fugæ eosdem du-
ces habebant, quos religionis nu-
per suscepτæ auctores agnouère:
sine quorum auctorit. te Gens illa,
olim àquè rudis, ac hodie doceri
promta, nihil aggreditur. Sed ne-
que totis fluminibus prædantium
fisti rabies potuit; quin summa ce-
leritate correptis armis, non belli
tantùm famâ, sed milite omnia
complerent. Qui quorum perni-
ciem spectarent, cùm pars hostium
Religionem, pars opes & liberta-
tem Neophytorum pro hoste habe-
rent, facile Paraquarienses ex ve-
teri

teri odio coniecere. Itaque vim,
quæ non minùs ad Religionis quām
fortunarum iacturam pertineret,
statuunt, coniunctis viribus repel-
Arma
ab ipsis in
Paulopo-
litanos
sumpta.
lendam; hostemque, si euentus æ-
què ut causa belli faueret, funditus
delendum. Igitur habitu delectu,
è tam numerosâ gente non vltra
quatuor millia, variè pro cuiusque
ingenio ac peritiâ fuere armis in-
structa. Qui ad Bororæum oppi-
pidum, quod in Prouinciae finibus
est, lustrati, ab exploratoribus do-
centur, hostem vnius diei itinere
distantem, trecentis canois (ita
cymbas vocant ex vnicâ arbore ca-
uatas) copias imposuisse. Eæ dein
è bis mille septingentis Tupicis ac
quadringentis Paulopolitanis (ab
oppido S. Pauli ita vocamus) con-
flatæ, ubi secundo Acaraquaiâ, qui
fluuius in Vruaïcam se exonerat,
classem promouerunt, primi Para-
quarienses copias ad pugnam la-
cessunt. At illis adhuc instruendâ
acie

PROVINCIÆ.

cie occupatis , interim Ignatius
Abiazù , gentis suæ , & nunc belli
aput , cum quinque nauigijs ob-
ius , priùs quàm arma inferret , gra-
i oratione hostium perfidiam per-
trinxit : Mirari se , Christianum no-
men illis tam vile haberi , vt non
ereantur , id impio bello in perni-
iem suæ verius quàm alienæ salu-
is foedare : quod tamen Indi nuper
susceptum cuperent morte & bel-
lo tueri . Desistant modò ex illâ
gente prædas agere , quam ad Chri-
stianam libertatem non ita pridem
renatam , toties ad seruitutem sce-
lerum mancipia rapuissent : se , et si
de victoriâ erga profligatæ con-
scientię militem nihil dubitet , mal-
le tamen cum vniuersâ gente , si
successus arma consultò suscepta
destituat , in acie mori , quàm in ne-
fariâ seruitute viuere . Addebat ,
ijsdem se armis Patrum Societatis
JESV vitam propugnaturos , quibus
eras & focos tuentur ; quorum neu-
trum

trum aptè ac religiosè instruere
absq; illorum ardore ac studio po-
Initium tuissent. Quâ inexpectatâ Regulâ
Pugnae oratione hostes etsi perculsi, dissi-
mulato tamen metu, Paraquarien-
ses feroci in speciem alacritate vl-
trò ad pugnam prouocârunt. Illi
verò longè veriori fiduciâ laceissen-
tibus obuij, pugnæ initium maioris
tormenti, quod contabulatis lem-
bis erat impositum, explosione fe-
cerunt. Hoc initium prælij simul
ac victoriæ fuit; tres enim cymbæ
hostiles eo ictu depresso plures In-
dos, ac duos Paulopolitanos eodem
exitio inuoluerunt. Sed longè cer-
tius victoriæ omen à pietate, quâm
armis Neophyti habuere. Patres
enim animos militi è Cælo additu-
turi, cum imbelli multitudine ad
ripam fluminis, cui vtraque classis
innatabat, Cælites in subsidium
S. Francisci Xaverij in auxilio. euocârunt. Vbi verò ad S. FRANCISCI XAVERII nomen deuen-
tum est, quod Paraquariensi militi
pro

ro tesserā fuit, maiori contentio-
e illud nomen extollebant. Ea vox
einde à militibus auspiciatò exce-
ta, alacriqué clamore ab vniuerso
exercitu propagata, hosti tantum
rroris incussum, quanto paulò pòst
insecuta clades respondit. Neo-
phyti suā sponte & recenti stimulo
incitati, hostem non tam ad pugnā
uām pœnam deposcebant. Inde
nim cædis factò initio latè flumen *Hofium*
ostili sanguine perfudere: victo-
iamque vnā cum hoste prosecuti,
antam ei desperationem iniece-
unt; vt, cùm post eam suorum
tragem videret, nihil in nauali pu-
gnā superesse præsidij, primò ad
nsidias versus, copiarum partem
clām in litus expositam, iuberet
at ergo Paraquarienses adoriri, il-
lisque ancipiti prœlio distentis, à se
belli molem auertere. Cùm verò
nec illud consilium ita succederet:
quin cladem, quam Neophytis de-
stinabant, ipsi utrinque paterentur;
apertâ

apertâ demum fugâ pleriq; deser-
tis nauibus , in continentem egre-
si, fortunam illic nihilo stabilioren-
in vndis reperere. A Neophyti
enim in ipso littore circumuenti, a-
vt primum pedem extra naues ex-
tulerunt, obtruncati sunt. Nec i-
felicioribus armis pugnauere, qu-
à reliquo exercitu in alium cam-
pum ardore belli , & Paraqurien-
sium impetu abrepti, iterato subin-
de congressu, propè omnes interie-
runt. Ac nisi nox imminens, cladem
hostium distulisset magis, quam si-
niisset; omnes potuissent interne-
cione deleri. Sed illi , qui supere-
rant, recentibus Paraquariensium
viribus in alterum diem seruati,
pars interim fugâ evasit; pars vi-
ctoribus supplex, inducias postula-
uit. Illæ verò ab irato victore ne-
farijs prædonibus ita sunt negatæ;
vt iuberentur vnius noctis, cui tan-
tisper vitam deberent, inducijs
contenti , se cras ad cædem velut

victi.

ctimas colligere. Interea, ne hostē
prædam Neophyti parùm cautè
secuti, se insidijs obijcerent, à pu-
nâ se recipere, & corpora curare
ssi sunt; tribus tantùm eo die de
oto exercitu desideratis. Vix orto
ein' die hesternos animos & arma
enuo victores corripuere, ac ho-
em iam temerè dissipatis ordini-
us pugnantem, pari semper fortu-
à inuasêre. Et confici sanè hosti-
es reliquiæ ad vnum omnes ante
meridiem potuissent; nisi oborta
ngens tempestas, dum Paraqua-
riensium arma impetumque mora-
ur, hostibus iterum in saltum pro-
imum fugiendi spatium dedisset.
Cum Paraquariensis miles deserta
Tupicorum castra ingressus, cùm
asset cædis quām prædæ audior,
ontentus hostem esse castris exu-
um, inde in Tupicos, vt ad venâ-
tionem erumpit. Quippe hostes in
luas densis arboribus impeditas
lilapsi, desperato in armis præsi-
dio,

dio, furori insequentium credi-
bant tota se nemora obiecturos.
Verum illo quoque loco exagita-
ferarum more, ut viuebant, mor-
turi, à Neophytis velut indagi-
claudebantur. Ac eò iam victoru-
ardor euaserat, ut omni posthabi-
vitæ periculo, per inuias rúpes
ardua septa eluctati, omnia latib-
la ferro scrutarentur: ex quib
protracti hostes, etsi in extremo
discrimine ferarū instar in rabie
acti, vltimas vires experirentur,
esse acerrimi solent supremi con-
tus; à potentiori tamen vincentiū
irā sunt oppressi; Neophytis diu-
no præsidio aduersus immanem
Tupicorum vesaniam seruatis: qui
in eos non secūs, ac prouocatas
cubilibus feras desæviebant; cùt
ijs enim viritim & cominus con-
gressi, quod iustum conflictum loci
angustiæ negarent, singuli singulo-
rum victores, communem interi-
victoriam efficiebant. Ad extre-
mum

um Paraquarienses perpetuâ ho-
rium cæde fatigati, paucos, qui ce-
s superfuere, fugientes insequi de-
riterunt. Ex Neophytorum vni-
uerso exercitu tribus tantum sub
nitium pugnæ cæsis, quadraginta
ubinde saucijs, cætera victoria ex-
tra hostilem sanguinem, quo erant
victores aspersi, propè incruenta
uit. Paulopolitani suorum cen-
um viginti desiderârunt. Ex Tu-
pîcis pauci superstites, damnato
postea bello & seruitute, quam ipsi
Paulopolitanis passi, alijs nullo
suo commodo minitabantur, ad
Paraquarienses transiere, illorum
tyrannidem execrati, à quibus per
amicitiæ speciem, pro mancipijs
habiti, gentium fidem & patriam
libertatem violâssent.

Tam præclaram victoriam inco-
læ fassi sunt, se post Deum Xaueria-
no nomini debere: cui publico ritu
persolutis gratijs, Christianam Re-
ligionem ac mores posthac multò
victoria
Neophy-
torum
S. Fran-
cisco Xa-
uerio at-
tributa.
auis.

auidius retinuere; vt cuius beneficio non animos tantum, sed corpora quoque ac patriam seruassent. Ad Patres quoque magnam victoriæ partem referebant: quod prater statos labores, quos illi genimpendunt, in hoc conflictu eorum verbis ac spe diuini subsidij animassent.

Cæterum dici non potest, quanto amore ac benevolentia illos ipsos amplectantur: quos cùm sciant, suæ salutis studio, ex alio orbe per immensa terrarum ac marium interualla illuc aduolasse, eo

vltra barbaræ indolis modum ve-

*Recentiū
Patrum
in Para-
quariam
aduentus.* nerantur. His ipsis annis, postquam tres ac triginta Patres recens eò ex Europâ appulissent; Indorum muliti ducentarum leucarum itinere sponte suscepto accurrerunt: vt Patres suâ causâ tot maria emensos, coram salutare, cantuque ac ludis, pro ritu ingenioque gentis non inconcinnis, recreare possent. Verum Patres,

Patres, quos candor gentis & spes,
eius ad frugem reuocandæ, ultra
omnes modulos demulcebat, ex eo
loco, ubi exscenderant, paulò pōst
interiora regionis petituri, per de-
sertam centum & amplius leuca-
rum solitudinem difficile prorsus
iter adornarunt. Igitur, quod solis
ardor progredi impunè neminem
interdiu patiatur, Patres triginta
sex per vastam solitudinem viâ no-
stu semper initâ, curribus utabar-
tur: ut non modò itineris molestif-
fimi compendium haberent, sabulo
accenso calcantium vestigia fallen-
te; sed ut totidem etiam domicilijs
in loco penitus inhabitato, quiq[ue]
pro tecto nihil nisi ardens cælum
habet, velut Hamaxobij habita-
rent. Quo itinere sanè permolesto
denique Cordubam urbem, Hispa-
næ ciuitatis nomine donatam, ut
votorum terminum ac laborum
stadium attigerunt.

Porrò quæ sint à singulis Colle-
B **gijs**

gijs, aut etiam è Societate inter Paraquarienses gesta; quæue illorum instinctu Indi Christiana facinora ediderint, Collegiorum ordine deducemus.

C O L L E G I V M C O R D V B E N S E.

Præcipua hæc Patrum ac literarum sedes in Paraquariensi ditione habetur: vbi tanquam in Seminario doctrinâ & virtutibus non Religiosæ tantum mentes, sed exterorum quoque ingenia excoluntur. Quod sanè apud eos mirandum est, qui paulò ante disciplinæ omnis seu ciuilis seu diuinæ expertes, hodie ad Europæorum exemplar & propè inuidiam audiunt, de summis rebus disputari. Ex hoc Collegio, anno 1638 emissi ad salutis & iuga Orienti Soli obiecta bini Patres operam suam magno laboris precio elocârunt. Nam præter quotidiana emolumenta, quo-
rum

im eiusmodi excursiones sunt
 erquam feraces, quædā memoratu
 gna euenere. Inter ea terrores nu- *Iuuemis*
 eramus, quos iuueni ad omne fla- *sceleris*
 tij genus obstinato, somnus & *in somno*
 conscientia obiecit. Is enim ad om- *caſtiga-*
 nes meliora suadentium voces om-
 no surdus, in somnis ad tribunal
 apí diuinum sibi videbatur; vbi
 oisdem sceleris accusatores auto-
 sq; dæmones habuit; qui à Chri-
 sto iudice reum pro modo seele-
 um torquere iussi, tam immaniter
 illum flagris desauierunt; vt ini-
 ter illos cruciatus dolorum acerbi-
 ante expperrectus, non vani somnij
 testigia toto corpore sentiret, ne-
 que se mouere lecto præ atrocium
 erberum sensu posset. Tum verò
 post ictus resipuit, Patrique ad se
 ccessito, maximo animi dolore,
 lurimorum scelerum reum se fas-
 sis, deinceps euigilauit. Quem ex
 o felicem dicas, quod de salute
 tua, quam cum multis vigil negle-
 cit, saltem recte somniarit.

16 COLLEGIVM

Conſans At longè citius alter iuuenis vir
alterius tuti manus dedit, qui ſemel ante
iuuenis plures annos cuidam è Societate
probitas. peccata confeſſus, tam conſtantē
 à vitijs ex eo tempore abhorruit; v
 ad quēmuis illorum affultum Cru
 cis signo, & obſfirmatā ad virtutē
 voluntate ſe muniret. Vnde cū
 hoc ipſo anno Patribus obuius ani
 mum apud alterum horum expia
 ret; Pater, qui aures ei dabat, mira
 tus in hac barbare tantum animi
 nitorem reperiri, ex eo cauſam in
 tegritatis rogapat: qui aſſeruit, ſe
 ex eo momento, quo Patrum cui
 dam animum aperuiffet, documen
 tis bene viuendi instructum, nifi
 grauius exinde admifſe. Tanti in
 terest, animōne an aure duntaxa
 monitorem admittas.

Inde a. In altero quoque ſexu ac ætate
antia in- maiori admirationi locus eſt, femi
nocentia. nam fuiffe, quæ ad extreſam uſque
 ætatem nullā ſe lethali culpa inter
 tot peccandi illecebras & exempla
 fœdā

edarit. Cuius tam adultæ inno-
entiæ causam anus illa Dei Parenti
agnâ ex parte debuit. Ei enim
erquam semper addicta, cùm pre-
torijs globulis, quibus pium pos-
t Deiparæ pensum adnumerare, *Et in
Deipar-
rampia-
160.*
reret; digitis id muneric demandauit; per quos tamdiu statas Vir-

ini Matri salutes dixit; dum sors
li melior alias illi ad precandum
decades digitorum loco submisit.
I tunc euenit, cùm ipsa foras, an-
nonæ colligendæ causâ, in agrum
gressa, herbarum radices velleret;
s enim euulsis inter spissa germi-
um folia Coronam Dei Matris in-
enit, eleganter orbiculis instru-
am.. Illam non aliter quam do-
um è cælo submissum exosculata,
igitis substituit: quos vicario mu-
ere tamdiu religiosè functos Dei
arenſ illo pietatis seu præmio, ſe-
nstrumento nobilitauit,

Neque huic vetulæ quidquam in-
udio Christianæ pietatis vir item

18 COLLEGIVM

*In di Se
nu pati-
entia.*

grandæuus concessit, quem Patre
in mapali decubentem salutâ-
runt. Is cùm esset graui ulcerum
tumore & acerbis doloribus prop-
confectus; nihilo tamen valentibu-
morosior, hilari vultu omnes cru-
ciatus Dei causâ excipiebat. Nequ-
verò aliud in tot malis impatiens
tiùs, quam Patrum, qui se homini
vicem dolere præferebant, con-
solationem admisit: quin potiù
affirmabat, præclarè secum agi; ne
de tam honestis malis, quæ à Deo
immissa pro Deo amanter tolera-
ret, dolendum sibi, sed gratulam-
dum esse: quòd sciret, ab hac manu
nihil acerbum sine dulci consili-
proficisci: ulcera se pro totider
gimmis & beneficijs numerare: in-
ter omnes autem morbi molestia
vnâ re omnium grauissimè se afflig-
*Elys in
SS. En-
charistiā que frui dape non posset. Ex hac
desideriū.*

quòd interesse rei diuinæ, cælesti-
inquit, patientiæ palæstrâ me tat-
is per in templum efferte; vbi age
medi.

medicu[m] sumam: neque cupio ad
oc iter morbo, sed lecto leuari; ad
uem reuerti, quām ad Regum do-
nos malo. Ita generosus senex, qui
ebus aduersis iusta nouit pretia
mponere, ad templum deporta-
ur: vbi postquam SS. Eucharistiam,
ceu cælestē pharmacum, è manu Sa-
erdotis ingenti animi voluptate
ccepit, voto suo potitus ad tugu-
ium referri se passus est, seipso for-
ior: vtique postquam didicit, æ-
gros tam lautè à Deo haberí.

Verūm non ita penes paucos hęc
virtutis commendatio est, vt non
multæ virtutes sint pluribus ali-
quando communes. Has inter ma-
gno loco æstimandum temperan-
tiæ studium, vt inter barbaros ra-
rum: qui nihil sobriè agere soliti, si
quæ rationis vestigia in illâ ferita-
te, ceu saxa fugientes in ruderibus
litteras, retinuere; perpetuis com-
potationibus diluunt_. Sed ij, qui
ex his populis Christi doctrinam

*Indorum sequuntur, gulæ moderatione vel
guorun- Europæis exemplo sint. Etsi enim
dam tem- terantia, in summâ annonæ alterius inopiâ
solis propè carnibus abundant, :
adeò tamen religiosè statis diebus
earum sibi esum interdicunt ; vt
quamlibet esuriem malint, quâm
Christianæ legis iniuriam tolerare.*

*Et ean- Pari candore conscientiam suam
dor in a- Sacerdoti aperiunt, posthabitâ ve-
periendâ conscienc- recundiâ, quâ prohibiti non raro
tiâ. scelerum rei, etiam vni verentur
vulnus detegere: cùm isti non ani-
mi stupore, aut cuiusquam impe-
rio, sed expiandi se studio, etiam
interpretis aures non fugiant: quo
quidem his locis sèpius est ad quos-
uis congressus vtendum. Quippe
cùm horum idioma sit non varium
tantum ac multiplex, verùm Euro-
pæis etiam linguis admodum pere-
grinum: hinc quantumuis magno
conatu aut ingenio, nemo facile ex-
teriorum tot linguarum discrimina
fatis assequitur.*

At

At non eadem vbique agrorum *Aliorum
secunditas.* Alicubi steriles Barba-
rum animi plus laboris quam
fructus ferunt: quod longa scel-
um assuetudine, ac Dæmonum fa-
miliari inter illos tyrannide corru-
ti, à cultu mentis ut plurimum ab-
horreant. Testatus est hoc Patrum
vnum, qui meridiem versus, alienæ
salutis desiderio, solus ingentem
planiciem peragrans, affirmauit;
homines illos præter externam oris
speciem nihil in moribus humani
præse ferre, bestijs per omnia non
vitæ solūm fœditate, sed infandâ
etiam consuetudine pares. Fami-
liare ijs esse, dæmonibus à primis
annis se mancipare; quibus ipsi vi-
cissim ad detestanda quæuis sceler-
a & obsequia abutantur. Ad eos
in officio continendos stygium im-
postorem nunc blandâ oris specie
ad flagitia volentes inuitare; nunc
assumpto supercilio ad impia iussa
segniores minis extimulare: inte-
rim

rim maxima promissa eum adiungere, quibus improvidos demulcet, nihil bonâ fide præstiturus: tanquam parùm illi esset, præsenti eos voluptate periclitari: nisi etiam inani spe futurorum hiantes ex toto

*vile ser-
uitutis
præmiū
à demo-
ne exhibi-
bitum.* pessum daret. Et certè quām res ipsæ splendidis iniusti pollicitatis promissis malignè respondeant, ingenuè quidam Patri fassus est: se post viginti annorum tyrannidem, nullum suæ seruituti ac tam lautæ spōsionī par precium, præter vilem attritamque lacernam, accēpisse. Quā probrosā mercede, ac longè turpiori mercedis conditio- ne offensus Indus, tandem infelix iugum excussit, à Patre, cui se permiserat, verioribus promissis ad Christianam libertatem animatus. Cæterū Pater, cùm in tam steli solo vix paucas aristas retulisset; alibi messem facturus ditio- rem, nihilo cultiora inuenit. Quin- decim mapalia in planicie sita in- quilini.

uolini prioribus feritate morum
aud absimiles habitârunt. Nam &
st̄i dæmonum ac brutorum socie-
tate infames, de Dei ac animi cultu
omnia prorsus ignorant̄. Et iure
nireris, tantam inscitiam ne Chri-
tianorum quidem, qui circumiace-
bant, congressu expugnatam fuisse.
Patri tamen, qui Fidei Christianæ
capita, & partæ Salutis historiam
explicabat, non impatienter au-
scultârunt, etiam in genua præeun-
tis exemplo profusi; cùm Pater
Christi è Cruce pendentis imagi-
nem venerabundus brachio simul
& laudibus efferret. Quin & infan-
tes vltro obtulêre, salutari vndâ ex-
piandos: tum & ipsi diuinæ fontis
illius vires edocti, innuerunt, se ab
eo lauacro non esse alienos. Pater,
quòd sciret Barbarorum ingenia
pari leuitate sacra reijcere, quâ
suscipiunt, & ætatem facilius ferre,
quæ diu nascuntur; admissis ad Ba-
ptismum liberis, parentes & adul-

*Indi ali-
demoni-
bus fa-
miliares.*

tos, dum certius constantiae periculum ficeret, illâ repulsâ incendendos, in aliud tempus iussit redditum opperiri.

Fuit hæc Patris excursio non Indis modò fructuosa, sed Hispanorum quoque agris & mentibus pro. pè necessaria. Dissidebant illi inter se, capitalibus odijs incensi: in quo- rum agros cælum quoque, credo tantis odijs offensum, immittiùs ex- arsit. Nec iam tellus, ob diuturnam siccitatem omni humore destituta, poterat sementem, quæ tunc in her. bâ iam erat, promouere, cum Hi- spani cæterà obstinati, in publicæ tamen calamitatis remedio con- cordes, Patrem aduentantem iun- Ètis precibus adoriuntur; velit sibi ac telluri suæ re diuinâ cælum pla- care, quod iam diu suis frugibus an sceleribus iratum, pluuiam negâs- set, sementi, ne exaresceret, tam ne- cessariam: sacrificio finito se sup- plici agmine agros ipso duce cir- cuitu-

uituros, ac S. Annæ Christi auia
ambarualia consecraturos. Pater
odem labore geminam sibi mes-
em pollicitus annuit: coptaque
e diuinâ, cum Euangeliū perle-
gisset, vultu ad præsentes subito
conuerso, eos breui sed idoneâ ca-
rentiique oratione ad mutuam con-
cordiam adhortatur. Tum ad aram
reuersus, peracto sacro idem denuo
argumentu auditoribus inculcat:
confusas discordiū voces, et si sup-
lices, in cælo prout multuantur
clamore haberi: nec iungi preces
posse, ubi precantium animi diffi-
deant. Si sua vota velint aliquid
apud Superos posse; ipsi prius in-
ter se exortabiles, Deum adveniam
suo exemplo prouocent: dignos
non esse, quibus cælum sit facile;
quando ipsi pumices & saxa ad
omnem veniae mentionem obrige-
scant. Hæc oratio tantum in ad-
stantium pectoribus effecit; ut ve-
terum simultatum oblieti, manus

à precibus ad inutuos amplexus
auocarent; ac expunctâ iniuriæ cu-
iuscunque memoriâ, supplicatio-
nem concordi agmine obirent.
Gratam verò Superis restauratam
supplicantium amicitiam fuisse, cæ-
lum docuit, illico nubibus obdu-
ctum: è quibus opportunè delapsus
imber arenem glebam, ac omnium
adeò mentes precum tam felici suc-
cessu recreauit. Ita eâdem pluviâ
fatiscens tellus, & dissidentium in-
ter se animi coâluere; magno vti-
que & satorum & serentium incre-
mento: ut cælo inscripta videri ve-
tus illa vox possit: *Concordiâ res par-
ua crescunt.*

Inter hæc alij duo Patres opem
ac solatium Indis Hispanisque al-
laturi, alias oras promiscuè obi-
bant, ad ripas trium fluminum si-
tas: quæ ab ordine, quo Cordubâ
descendentibus occurrunt, nomen
sortita, solis numeris distinguiun-
tur, Inde ad Quartum flumen de-
lati

ti in filiam hominum ac morum
 corruptissimorum incidere. Indi-
 nam illuc autem superstitione Ido-
 nis addicti, res diuinæ ac nostræ
 uersantur. Neque pauci cum dæ-
 none exsecrandum fœdus pacti,
 radices impijs carminibus incanta-
 tas ad alienorum corporum vitæ-
 que perniciem adhibent. Quæ pe-
 tis hoc loco adeò vulgata est; vt
 eam artem velut legibus, vsuue re-
 ceptam sub magisterio profitean-
 tur. Vnde pagis singulis impostor *Imposto-*
 præst, nefarijs sacris initiatu*ri fraude-*
 per speciem curationis, ægris ac *in simu-*
 valentibus veri simulatione impo-*lata*
 nit. Is enim, vt qui ægrotantium si
 bi curam arrogat, Auerruncum se
 omnium malorum esse, habereque
 ostendit salutare iactat, vt eo ad mor-
 bos ac pestilentes vomicas admo-
 to, pus omne videatur impunè ex-
 ugere. Utque fidem simul & admira-
 rationem tam insolenti medicinæ
 apud præsentes conciliet; virtus,
 61.01 *tan-*

rum en-
morbo-
rum cu-
ratione.

tanquam ex affectis corporum partibus ore adductum, palam exspuit quod tamen domi, priusquam peditem ad ægri lectum inferat, ad tegendam fraudem exceptum, postea ceu pestem ipse ex alieno corpore in os deriuasset, decumbentium morbis affingit. Hac corporum peste longè nocentior est illa, quam animis inferunt. Viri enim feminæ.

*Andorum
mala ar-
res amo-
rem con-
attandi*

que magicis herbis mutuo inconcessos amores procurant. Quo in genere feminæ viris deteriores non verentur dolore & sanguine voluptatem emere. Enaribus enim aut aliunde, vbi facilior vulneri via, spinis præacutis sanguinem elicunt: quem vasculo exceptum, ac puluere ceu farinâ non sine magico carmine subactum pro fuco & cerussâ adhibent, eâ ratione; ut corpus totum illâ rubricâ ad lenocinium inficiant, communi ac propè certo intuentium Barbarorum exitio,

Porro

Porrò ut sunt amoribus infames; *Duello.*
c non minoribus contrà odijs ar-*In derā.*
ent: quæ plerumque factiosos sin-
ulari certamine committunt, le-
ibus pugnæ, si crudelitas abesset,
ropè ridendis. Quippe asperum
oxum è fune suspendunt; cuius vl-
ro citroque librati gesticulatione
ugilum ritu pugnæ præludunt.
Cum collato pede ambo demissis
apitibus, ad inferendos alternis ac-
xcipliendos ictus parati, duelli ini-
gium expectant: quod, quia in illâ
gente, contrà quam nostri pugiles
consuevère, timidioris habetur,
qui prior hostem inuadit, sæpe de-
decoris metu, facere vterque diu-
cuntatur: sed velut galli gallina-
tei saxo in mutua vulnera tantisper
suspensa pugnam sine pugnâ pro-
ducunt. Licet autem pugilis primò
ictum excipientis alca tam sit peri-
culosa; ut, quoniam sæpe intortus
cum rabie lapis vitam hosti cum ce-
rebro elidit, tam periculosa gloria
videa-

videatur securitati posthabenda
nihilominus, vt vulgus popul
plausum solet in veræ gloriæ loco
ponere, ad famam fortitudinis ser
uandam obstinati Barbari sæpe ma
lunt inulti cadere, quām iniuriam
cum decoris iacturā vlcisci : etsi
plerisque mortalium nihil videa
tur vindictâ dulcius. Victori incon
ditis vocibus vniuersa spectantium
multitudo applaudit. Victus verò
si superuiuat, nouum dedecus in
currit, si quantumuis malè ab an
tagonistâ concisus, vulnus obliget.
Adeò non in tempore quæ situs ho
nor mortalium saluti ac vitæ illu
dit.

*Yana for
titudinis
offenta
tio.* Par ferè stolidæ vanitatis, quā
fortium virorum famam aucupan
tur, argumentum est; quod sagittas
ventri obliquè secundùm cutem
immersas, diutissimè retineant
quas propè maiori cruciatu, aduer
sis cuspidum hamis in reditu offen
dentibus, multò pòst iterum euel
lunt.

Atque

Atque in hac cruditate, quamuis
operari par operi fructus eo Patrum
aduentu non potuerit: multis ta-
men utilis eorum consuetudo fuit
ad vitam rectius instituendam. Pri-
mo statim aditu à maximis sceleri-
bus abstracti non pauci, incestis to-
nis, dæmonumque familiari com-
mercio abstinuerunt.

Fuere quadraginta à Cordubâ Duorum
senū su-
bita con-
uersio.
eucis duo decrepiti senes intra la-
tibula non aliter, quām feræ, dete-
sti; qui nihil Christianum præter
Iauacrum & nomen habuere. Hi
cognito Patrum aduentu è suis an-
tris horrenti canicie, barbaque pro-
lixâ visendi proreptabant, à tabe
vermibusque propè exesi, animis
longè vltra corporum fœditatem
sorditatis: ut quos nūnquam mul-
torum licet flagitorum à tot annis
reos, expiassent. Tandem non sine
peculiari Numinis consilio à Patri-
bus opportunè aduentantibus, ad
spem curamque salutis erecti, præ-
teritæ

teritæ vitæ seriæ & noxas cum
multo gemitu repetebant, ætatem
illam, antè robustis vitijs seu impa-
rem seu infensam, etiam suâ sponte
immunem à vitijs exacturi.

Rés est admiratione digna, in hæc
præsertim gente tot præclara diui-
næ indulgentiæ argumenta tum in
omni ætate, tum in senibus præser-
tim elucere: quos aut consenuisse
scelerum ignaros, aut consciós pau-
lò ante mortem retractasse malè fa-
cta didicimus. Nempe diuinæ pa-
cientiæ magnitudinem hęc demum
etas decet; quæ in iuuenibus con-
tractior clementiam tantillo tem-
pore definitam non ita commen-
daret. His exemplis alium senem
accenseamus, ætate ac meritis lon-
gè maiorem. Is centum annos vi-
uendo multum supergressus, ex eo
tempore, quo sacris Christianis est
initiatus, octoginta ipsos annos co-
piā confitendi, & propè materiā
earuit. Vitam enim suam ita ad le-

*Ad tunc
et sensu
pancen-
tia.*

ges

es Christiani hominis , suus ipse
ost DEV M magister composuit ; vt
Patre , qui eum confitentem au-
liebat , nullius grauioris culpæ reus
haberetur , à vulgatis flagitijs , qua
nter incolas passim ut vsu vilio-
ra grassantur , prorsus intactus .
Sæculum adeò propemodum to-
tum vnâ coniuge contentus , nihil
omnino de sordibus , quibus Barba-
ri solent matrimonij reuerentiam
inquinare , contraxit . Pari conti-
nentiâ habendi cupiditatem coér-
cuit : ut rei alienæ , quamdiu vixit ,
nec animum nec manum adiiceret .
quæ apud nos quotidianæ virtutes ,
in illis terris ac moribus , iure mira-
culis adscribantur . Postquam igi-
tur vitam omnem , adeò sibi con-
stantem , sæcularis senex Patri ex-
posuit ; ille periculum facturus ,
num tantum diuinarum rerum pe-
titia , quantum mentis integritate
polleret , rogauit , ecquid de Deo
sentiret : cui senex promptè , vnum
se

se Numen, cuius nutu hic orbis re-
gatur, agnoscere ac venerari, affir-
mabat. Rogatus deinde, quā pre-
candi formulā illud ipsum Numen
inuocare consuēset, aiebat, se non
aliud orandi argumentum, quām
ipsum Dei, quem coleret, nomen
habere: quod proinde iunctis ad
cælum manibus precatus, per diem
sæpius ingeminaret: DEVS! DEVS!
DEVS! extra hanc vnam vocem nul-
lo se alio verbo aut ritu Deum per
omnem vitam compellasse: ad alias
preces sibi nec memoriam nec ani-
mum, sed magistros defuisse. Pater
in tantâ ignorantia tantam sapien-
tiam admiratus, cùm optaret ipse
coram inusitatæ precationis speci-
men experiri, eum ad iterandas de
more preces inuitabat; qui mox
admonenti obsecutus, manus & se
totum ad pium opus componit.
Illas igitur in altum iunctim elatas,
oculis etiam ad cælum secutus, tam
tenero animi sensu, quem totius
oris,

*Et info-
litus pre-
candi
modus.*

is, velut diuina degustantis, hilare prodebat, duarum syllabam disertissimam orationem instituit: ut Pater præ gaudio, quod ei a senis pietas affundebat, lacraram non amplius potens, vix serum caperet, fassus, omnes molestias, quas alienæ salutis studio nesse est Christianas operas in hoc orbis recessu deuorare, hoc melite abstersas. Postremò senem peccatorum, quæ non nisi leuia afferebat, veniam donatum deseruit, latus, tandem se in centenario sene aetuum sæculum vidisse, quod scelera ignoraret.

Hanc Patris consolationem pauci post par propemodum dolor, tsi minimè diuturnus, exceptit. Redeunti enim cum socio per pagum arduo iugo impositum nuntiatur, Indum eo loco ac penè momento obiisse, nullis ad agonem sarcis procuratum. Quo nuntio vehementer percussi Patres, doluere, sibi

sibi alas aut celeriorem nuntium
 defuisse, à quo de periculo com-
 moniti, ad opem ferendam adiu-
 lässent. Ita alienum casum & suan-
 tarditatem, et si inculpatam, dolen-
 tibus, Indi demortui vxor superue-
 nit : quæ funiculum, multis nodis
 à viuente adhuc marito adstrictum
 depromens, asserebat, hunc si
 paulò antè, quām vitam finijset
 eo consilio ab ipso traditum ; v.
 Patribus, si quos esset naœta, bona
 fide exhiberet, adderetque : eum
 qui filum ita innodâasset, cùm iam
 morti vicinus copiam Sacerdoti
 habere ob locorum interualla non
 posset, his nexibus pro conscientia
 suæ interprete vsum : vt quot nodi
 intortum funiculum viderent, tot
 noxarū, quarum se reum sc̄iret, fa-
 ctâ conjecturâ, demortui animum
 pro suâ ligandi soluendiisque pote-
 state absoluarent. Patres magnope-
 re sollicitos, recreauit tam pius er-
 ror, quo Indus ille persuasus, cre-
 debat

lebat post obitum etiamnum ve-
niæ locum esse : quam tamen adeò
ngenuâ expiandi se voluntate mo-
liturum promeruisse, dubitari non
potest : quando ipse scelerum no-
dos, cùm solui Sacerdotis manu
non possent, doloris vehementiâ,
vt Alexander gladio, rupit.

Hæc foris, vt pleraque alia, velu-
ti ruri, vbi maior labori ac segeti
ampus est, acta, Cordubam vt ad
horreum spectant. Neque tamen
contra mœnia fuit à culturâ mentiū
cessatum : quæ promiscuè quidem
utilis, quibusdam etiam necessaria
fuit. Irrepsit in has etiam terras im-
pius error illorum, qui dè Deo ma-
nè aut nihil sentire ausi, sublato sce-
lerum vindice, omnes carceres reis
& flagitijs aperiunt, superstitionis
barbaris, qui Deum non tollunt,
sed mutant, longè nocentiores. Ex
horum numero quidam fuit, qui ^{Atheus}
omnis expers Numinis, & totus, vt ^{emenda-}
^{tus,} sibi videbatur, mortalis, bestiarum

C mores

mores & consuetudinem sectabatur; vultu solo & vitijs homo. Ita diu suum ipse idolum cum fratre ruri versatus, tandem spiritum, quem hæc impia factio fabulis adnumerat, non eo, quo vellet, oculo conspicatur. Dæmon enim horrendâ specie, vt hîc solet se pluribus ostendere, tanto animum eius horrore concussit; vt verò metu, quo trepidabat edoctus, esse aliquid sensibus altius, & corporis non item vitæ expers, absque morâ cederet. Cuius vultum repentinij maximique timoris indicis perfusum frater contemplatus, Iesu nomine in opem vocato, ex oculis orci laruam fugavit. Ast animus attinerti fratri altius admisso spectri horrore, iam Dei & futuri certus, salutis desperatione laborabat: vt altero errore correptus, cum aliquid Numen apud se constitueret, ei clementiæ laudem subduceret. Sed ab hoc etiam casu à Patre idoneis

neis rationibus seruatus, ac de peccatis omnibus, quæ summâ animi dolentis significatione explicabat, rite auditus, ex toto conualuit, à terroribus, qui ei identidem recurrebant, liber; postquam foedioribus monstris animum purgauit.

Stimulantein intus monitorem in mortis negotio æquè in tempore iuuenis quidam, Sacerdotis minister, admisit. Accurrebat ille, tempore, & vt videre poterat animo priorsus alieno ad Collegij fores; quibus importuniùs puliatis ad se Sacerdotem euocabat, qui, confitentem audiret. Aderat confessum Patrum aliquis; qui conspicatus hominem concitato spiritu, quem festinatio & conscientiaz trepidantis æstus impédiebat, ægrè verba expedire, neque vultum satis contare, mentis imitatione varium; redebat iuuensem animi quidem ritio laborare, sed quod curari restiùs à medico, quam Sacerdote pos-

posset. Itaque quibus potuit verbis
anhelantem consolatus, quem pu-
tabat alterius remedij, & sui deni-
que impotem, iussit aptiora tem-
pora expectare. At iuuenis hac re-
pulsâ, vt ignis à flatu, incitator,
constanter postulata vrget: qui ta-
men ipsâ voti dilatione magis ac-
census, ijsdem turbati hominis no-
tis alterum quoq; Sacerdotem de-
cepit. Donec bis reiectus in tertium
incidit: qui importunitatis aliam,
vt erat, causam suspicatus, eius de-
siderio morem gessit. Tum iuuenis
nullo rationis vitio exerrans, aptè
pieq; omnia mentis arcana & mor-
bos detexit: quem Pater curatis
animi malis magno vtriusque sola-
tio, saniorem remisi; etiam tunc
sanum, cùm æger medicum quæsi-
uit. Is igitur in hunc modum quieti
restitutus, cùm primùm heriles es-
ædes ingressus, erratorum veniam
ab hero supplicis habitu rogauit
qui nouitatem seruiliis modestia
admi.

admiratus, eum vicissim rogat, unde hanc secum submissionem attulisset. Ex animo, inquit alter, & Patrum Societatis Collegio, apud quos, meæ salutis & vitæ incertus, utrique maturâ conscientiæ expiatione prospexi, tuo exemplo vel verius casu admonitus: quem cum hesternâ luce subito animo linqui, sensuque omni nihil opinantem destitui viduisse; meum periculum in tuo infortunio dimensus, prioris vitæ rationes inij; ne imperfecto salutis negotio iuberer vasa colligere, æternis ignibus & carceri, quam tanto itineri aptior. Et omnino mortis suæ vates fuit: altero enim die seu lembo excussus, seu vado aut brachijs nimium confisus, aquis hauritur. Cuius animum credibile est, in tabulâ, quam heri presagus arripuit, enatâsse.

Non minus alter quoque iuuenis attigisse portum credendus est, qui ad Societatem Iesu memora-

C. 3 bili

*Hippand
iuenie
insignie
ad Socie-
tatem Iesu
memora-*

bili exemplo appulsus, secum vna
senem adduxit. Hunc ex uno fra-
trum nepotem Alphonsus Nieto de
Herrera, vir septuagenario proxi-
mus, & varijs in republica muneri-
bus cum laude defunctus, inde ex
Europâ accerfebat: ut facultatum
quas nūnquam pater frustrâ filijs
parabat Alphonsus, ipse hēres ocu-
los posset auunculo claudere. Ad
spem tam lautam euocatus nepos,
cū crederet, itineris quāntumuis
longi magnum pretiū fore, si posset
fortunis gratuitō sibi ab alio partis
ad nauigare, quas alij etiā inum in-
certas, & hon nisi alijs opibus para-
biles totis classib[us] sectarentur; in-
gratiā externae fortunae sponte
exul nauem concendit. Subinde
meliori aurā mentem iuuenis aliō
impellente, puduit ipsum, rerū flu-
xarū paulatim sub oriente fastidio,
tāto itinere se aurum dignari: se-
nempe mari & fluctibus iactatū, in-
portu grauioribus protellis inter-
opes

spes excipiendum: hæredem se fa-
cilitatū ab auunculo, & fors eodem
tu à morte ad vltimū tribunal ci-
ari. Si patriæ amorē semel tantillæ
spei posthabuisset; se Christi causā
& consilio posse longè honestius
eodē nauigio exultare. Quibus cogi-
ationibus eò sensim se incitabat, vt
continuatæ nauigationi meliorem
causam subtexens, mutato animo,
tatuerit, vela curasque ad spes cer-
iores vertere. Certus itaque Christum
hæredis hæredē ex aſſe scribe-
re, vbi primū portū & auunculū
salutauit; modestè hæreditatem de-
precatus est, asserens, certū sibi esse,
Christi inopiam auunculi fortunis
interferre: quam si amplecti & ipſe
vellet; in promtu illi rationes à ſe-
niori dictari: etatē ſuā, cuius florē in-
imæ cure effent depaſte, ſaltē ſenex
am attritā Christo non inuidet:
quod ſi ſequi ſua conſilia & exēpla
grauaretur; ſe eodē ſpiritu & auun-
culo, cuius prolixæ in ſe voluntati

gratias haberet, & rebus caducis
Ex senis vale propediem dicturum. Senex,
auuncu- qui suâ sponte iam mundi satur,
li. aptum senectuti ac saluti suæ reces-
 sum meditabatur, nepote, in quem
 exonerare se fortunis, ut impar tan-
 to oneri, volebat, supremos stimu-
 los addente, moram omnem rupit.
 Auunculus ergo nepotis, quem æ-
 tate anteibat, exemplum secutus,
 Societatem J E S V , quam vterque
 magnis votis expetijt, pari alacri-
 tate ingressus est, contemnere opes
 à iuuene doctus : ut quas ipse vltro
 sibi obtrusas admittere vel rogatus
 nollet.

S. Ignatij Huius viri religiosæ senectutis
nomē spe- credimus, S. Ignatium Societatis
Ara mi- eiusdem, quam postea inibat, au-
rē impor- storem, beneficio prælusisse. Eius
tanna fñ- gat. enim domus perpetuò à spectris
 propemodum habitata, inquiliinis
 horrori fuit; lemuribus nō innocuo-
 tantum, vt solent, tumultu omnia
 permiscerent fragorem imitanti-
 bus;

ous ; sed reuerà supellectilem ac
vnà incolarum mentes variè tur-
bantibus. Nec lapidum iactatione
abstinebant, quibus in obuios pas-
sim grassati, omnia terrore & furo-
ris indicijs compleuêre. Aderat
hunc, cùm hæc grando crebriùs au-
diretur, vir religiosus alterius fa-
miliæ , in ipso suo ac cæterorum
metu non satis opportunè iocatus.
Is laruis avaritiam exprobrare au-
sus, contemptim eas iubebat, si fu-
rere vtiliter vellent, non vili lapi-
de, quod etiam pueri possent, sed
aureâ grandine sœuire : saxa igitur
facerent, quæ Peruano auro argen-
toûe grauia tuberum dolorem suï
precio compensaré. At vmbrae illo
conuitio admonitæ, quid agerent,
ingens saxum, magno in speciem
nisu, protinus in monentem librâ-
runt ; quod variâ crustâ elegans,
liberaliter argentum micantibus
venis ostentabat. In hunc modum
irritati lemures multò insolentiùs

C s. ades

28 COLLEGIVM

ædes infestabant: donec vocatus
è Societate Sacerdoti, syngraphâ
S. Ignati manu exarata, quam è pa-
riete suspendit, molestos grassato-
res exegit. Qui priusquam ex ædi-
bus migrarent, ingens incendium
excitârunt: quod tamen maiori
terrore quam damno illatum, ædes
deinceps illo spectrorum tumultu
penitus purgauit.

COLLEGIVM S. JA-
COBI ESTERENSE, SI-
VE à STAGNO.

Christianæ legis fines latius pro-
pagandi studium P. Ioannem
Pastorem, ac vnâ P. Casparum Cer-
queirâ ad iter hactenus eo consilio
nulli tentatum excitauit. Hi ad A-
bipônes populos centum sexagin-
ta leucis ab hoc Collegio remotos
contenderunt: cum post terras om-
nis humani cultus expertes centum
Matera- milliarî spatio superatas in Mata-
norum rairos inciderunt, gentē omnis phi-
mores. loiophiae

osophiæ, præter Epicuri & ventris
placita ignaram : cui solenne imo
quotidianum est, compotationibus
in orbem ad conditum institutis,
ordine familias exsorbere. Et ne
ideantur eâ perpotandi licentiâ
profanari, religiosas bibendi cau-
tas accersunt; rituque tam dolendo
quam ridendo Maiorum suorū mā-
es placatur, lustrali mero se pro-
uunt. Nam quotannis defunctorū
æredes epulum funebre fatali ma-
iorum die instaurant, quod nō tam
parentantiū lacrimis, quam biben-
iū cyathis ac proluuie mādeat. Nē
erò solus hæres in conuiuas & ma-
es sumptus faciat; ij, qui ad ferale
conuiuiū inuitantur, longā serie ad
iūs ędes progressi struthionem ritē
pro symbolā mensæ infertunt, puel-
arū in illo gynæceo pr̄stantissimā
aput ad honorariū ferculum com-
modante. Quòd si ad plurū mā-
es illius diei sacra petroneant, pro
illotū númerō totidē struthiones,

*Anni-
uersaria
illorum
sacra.*

tanquam inferias conuiuę mactant.
Publicato dein' muneri priuata sin-
guli dona superaddunt, tam certā
inter eos talionis lege; vt gentis po-
tiūs quām grati animi iure vicissim
paria munera, vt prioribus obse-
quijs empta præsentes conuiuæ ex-
spectent; quandocunque ipsi suis
etiam maioribus sint parentaturi.
Quæ remuneratio si à quoquam
etiam è posteris negligatur, non so-
lum hominis parùm urbani notam
sed vitæ adeò discriminem incurrit;
barbaris inter piaculares epulas
per conuitum conuiuarum illo-
rum parsimoniam traducentibus
qui tunc irâ & mero calidores, La-
pitharum more, sacrum mensæ a
hospitiij ius sanguinariâ altercatio-
ne & cædibus violant, quamcun-
que seu prætermitti seu exprobrat
officij iniuriam vlturi. Exacto in
hunc modum triduo, quod totum
genio & manibus ex æquo est sa-
crum, datisque muneribus, luctu-

ador-

dornant, qui fictis, ut in scenâ, la-
rimis, aut à mero redundantibus
orâ totam continuatur. Tum verò
ositâ iterū personâ, ad cachinnos
& ingenium reuersi, hesternis ex-
mplis dolorem & lacrimas abster-
gunt. Id verò in hac gente cumpri-
nis est deplorandum, quòd Chri-
tianum nomen, quod profitetur,
am malè tueatur. Etsi enim à pa-
rocho, qui ipsi sacra ministrat, lu-
stralibus vndis, & rectè viuendi
entiendique præceptis à puero
tingantur: potior tamen apud eos
consuetudo à maioribus & vitijs
inducta, omnia Christiani hominis
vestigia eradit. In hac igitur mo-
rum feritate conatus est P. Caspa-
rus Cerqueira tam publicis adhor-
tationibus, quam priuato congres-
su Tonocatánâ linguâ, quam & in
colæ, & Pater aptè callebant, mo-
res ac animos ad vitæ melioris cul-
tum efformare. Tandemque, quod
in illâ ruditate miraculo tribuas,

30 COLLEGIVM

à multis scelerum confessionem ac
detestationem impetravit. Post ali-
quod dies inde digressi Patres, ad
Abipónes, quos sexaginta adhuc
Iéucis distantes, initio suis labori-
bus destináreunt, alacres contem-
dunt. Mataranorum parocho, ac
multis præterea illius loci regulis
Indisque socios se itineris adiun-
gentibus. Id quod non solo reli-
gionis ac salutis studio, sed emolu-
menti quoque spe faciebant: vt
multi hodie aras p̄tensant, quò lu-
culentiūs focum instruant. Quòd
enim vetera intet Matarános ac A-
bipónes odia intercederent, crede-
bant, non securum modò iter, sed
& patriam deinceps tutam, conciliatā
Patrum beneficio pace habi-
tueros. Ceterūm iter fuit multis mo-
dis infestum: conflictandum illis
erat non cum ferarum modò, qua-
ruim, præsertim tigridum, vestigia
vbique occurrebant, metu ac silua-
rū vastitate, quæ proorsus inuia sine
vultū

*Patrum
iter ad
Abipó-
nes diffi-
cile.*

litis ac vestium iniuriâ niemini
tiebantur impunè per imminen-
tiam ramorum aculeos perreptare:
ad pugnandum maximè cum siti-
vit; quæ etsi cæli simul & agitati-
 corporis calote accensis permole-
uerat tamen propè ipso remedio
incorribilior. Nisi enim è lacunis pu-
dam aquam, ne natibus quidem
rendam, exciperent, nihil liquo-
s præter sudorem suppeditabat. Iter
einde paulatim emensos, post ne-
cora paludes, quæ Rubri fluuij per
quinque leucas exundant. s aquas
recipiunt, & quæ fatigârunt. Neque
Iatarâni, comites molestissimi iti-
eris, quod erat vado tam difficulti-
uam diuturno traiisciendum, reti-
eri potuissent, quin viam relege-
rent; nisi Patres eos verbis & mu-
sculis ad constantiam animâs
eum. Superatis itaque paludibus
in planiore viâ usi tandem dua-
us ab Abiponâ leuit tabernacu-
m figurunt, habitis militari more ad-
uersus

uersus repentinam vim hostium
excubijs, quas toto itinere ferarunt
quoque metu agebant. Sed denun-
cubandum Patribus pro ipsis ex-
cubijs & fugâ comitum fuit; q[ui]
visâ eminus hostium crudelissimo-
rum multitudine, cui impares, ne
resistere nec sperare auxilium po-
sent, iterum in fugâ, dum esset ad
huc integra, salutem collocabant.

Verùm trepidantibus P. Ioanne
Pastor animos addidit, Patre Cer-
queirâ iusso cum duobus è comi-
tatu viam explorare, quâ tutissi-
mò Abiponiam ingredierentur.
leucam progressus, vbi ducento
equites Abiponenses, qui de Pa-
trum aduentu iam antè per explo-
ratores cognouerant, procûl con-
spexit, posthabito vitæ periculo re-

Patri cta ad illos contendit. Nec segniū
vnus à illi in geminum cornu explicati
200. A-
biponibus Patrem incredibili celeritate in me-
circum dium recepere. Quos Pater nudo
nenti cor-
data ora nudis equis insidentes, ac horror
rio. corpo-

rporum metuendos nihil veri-
s, et si omnes in illum oblongis
gittis ut ad metam collimarent,
nonocotánâ linguâ eos fidenter al-
cutus, Amore vestri, inquit, per
inceps hostium ac viarum discri-
en huc delatus, nihil hostile me-
um fero, aut formido. Quòd si ia-
ulis vestris me victimam destinâ-
is, nec mortem refugio, si tan-
to impendio possum vos à sem-
iterno exitio seruare. At vos ca-
ete, ne præcipiti furore in alienâ
morte vestræ quoque salutis spem,
uius gratiâ huc appulimus, eodem
stu iuguletis. Non rectè sanè pa-
ris caduceatori & salutis nuntio
arma intentatis; quæ et si pati, quam
i retundere malim: solus tamen,
i prohibere vim cuperem, uno
Crucis vexillo ac beneficio possem
quosuis exercitus triumphare. Si
raque apud vos publici juris ratio,
quæ vetat, legatis etiam hostium
manus inferri, locum habet; longè
pro-n-

promptiori studio decet vos int̄mes Supremi Monarchæ nuntio acceptare. Hac oratione corda amoris plenâ victi Barbari, arma i Patris perniciem paulò ante stricta submiserunt: quibus mox pro genti more, velut bellum eiurarent penitus humili abiectis, Patrem venerabundi salutârunt. Qui recent illorum benevolentia v̄sus, mitigatos iam animos amplius P. Ioannii qui sequebatur, & sanctæ causâ conciliauit: sequi Patrem, dictitans meritis & annis, quin & muneribus grauem, quæ largâ manu in obuio distribuat: omniū verò donorum præstantiâ à cælesti doctrinâ supētari, quam eis ex altero orbe in ea

*Patres
humani-
ter ab ijs
excepti.* v̄sq; oras afferat: Igitur gentis illius regulus quamprimum Patrē, quem illi honoris vocabulo, Pagguaſſū id est, magnū Patrem nominabant iubet à filio ad se honesto cum comitatu deduci: qui, P. Cerqueirā iam cum ijs, à quibus primò inuadēba-

batut proximū pagum ingresso,
ndem superuenit , varijs ludis ab
colis, qui paulò antè metu hostiū
epidabant, inter festivas femina-
m præsertim acclamationes ex-
ptus, quas illæ crebrâ oris verbe-
tione distinguebant. Peracto de-
de applaūsu, honoris causâ pau-
entum corio instrauere, arborum
uncis sedilium vicem illic locatis.
uam humanitatem Patres amplis
uneribus affecere , hamis, acicu-
s, acubus, aut vitreis globulis pro
ræmio inter adstantes diuisis, quæ
men dona auro ac gemmis potio-
A biponenses arbitrati tam rara
um profusione rapiebantur
deò rerum pretia mortalibus ferè
pius imponunt, quam imponun-
ir. Inde accumbere Patres iussi,
ro sellarum dignitate pares epulas
abucrunt, frigidis piscibus mensē
lati; quibus tamen condimenti
ratiam nec ipsa conferte fames
eruit; adeò præter gratam appo-
nentis

nentis voluntatem, gulæ quantum
uis esurienti nihil acceptum inera-
Ne verò lautitias tantis impens-
paratas Patres aspernari videre-
tur; nauseanti licet stomacho vi-

*Defixo crucis si-
gno ditio-
rella Chri-
sto ini-
stituta.* intulerunt. Altero die P. Ioanne
ram illam veri cultus ac Numinis
expertem Christo dedicauit, re di-
uinâ sub tentorio, maiori pietat
quàm preciosæ supellestilis appa-
ratu celebratâ. Quâ finitâ ipse,
erat sacrificantis habitu inductus
supplex Barbarorum agmen Cru-
cem manu preferens anteibat: quod
exemplo feruentique oratione ius-
fos genua illi adorantium ritu sub-
mittere, quæ toties idolorum vani-
tati curuâssent, facilè ad tam piu-
obsequium induxit. Tum Pater de
causâ sui aduentus palam præfa-
sus, affirmabat illis, non aliâ deim
ceps ratione inter eos se commo-
raturum, quàm vt haec tenus diui-
nae legis ignaros melioribus præ-
ceptis

ptis erudiat, quibus consequi æ-
nam felicitatem queant. Cui re-
lus gentis Caligula humaniter
ensus, eum cum socio Patre ad
æcipuum ditionis suæ oppidum
tra Rubri fluminis ripas situm in-
tauit. Nec abnuit Pater; quin oc-
tionem illam, cui tantopere in-
abat, confessim amplexus, in eius
giam concederet: vbi Patres
omnium incolatum alacritate ex-
cepti, lœta initia animis longè læ-
oribus sunt prosecuti. Quippe
capita gentis aggressi, à quibus vi-
or in reliqua membra dimana-
vit, Caciquijs, siue dynastis primò
christi legem tradidere, professi,
e tanti itineris eam vnam causam
abere. Quibus Caligula cætero-
rum loco respondit, se libenter
assurum, teneram ætatem Chri-
stiano more ablui, ac templo aedi-
cari: dum adolescentes non iube-
rent manè ac vespere templo fre-
quentare: (id quod Patres expe-
tierant)

58 COLLEGIVM

tierant) veritus, ne per speciem p-
tatis otio assueti, fierent ad ar-
Pietas seigniores. Verum, quod multis, c-
militar- Christum profitentur, frustra oc-
res ani- nas, pessime persuasis, pietatis fl-
mos non infringit. dio indolementem hebetari; id P. Ioa-
nes barbaro homini persuasit.:
iure crederet, exemplo H. spal-
lumentutis, diuinorum rerum tri-
ctatione animos nihil infringi: il-
lamque templo ac ludo litterar-
assuetis, adhuc pares tamen ad bo-
la spiritus suppeteret. Acquie-
tunc quidem Caligula: verunt-
men quod nollet illam etatem etia-
in templis armorum obliuisci; v-
luit pueris licere, arcu & sagiti
instructis rei diuinæ interesse: dei-
sui diverberatione abstinere. V-
rūm hi non Spartanorum modo
sed suomet exemplo, (vti post
dicemus) poterant erudiri, ad mi-
litaris ferociæ assuetudinem pro-
delle. iuuentutem in se prius arma-
ri, quam discat vulnus hosti facer-
Hæ

Iæ nimirum sunt artes stygij te-
ebritonis, vt suis mancipijs omnia
cerba nullo patientiæ precio tole-
antibus, in Dei & salutis suæ cat-
i nihil velit licere. Sed quoniam
nullo Christianæ legis incommmodo
fiebat, Patres facile vtrumque
indulseré. Caequiorum verò po-
ulata, qui si etiam Christo nomen
arent, cupiebant in summis mon-
um iugis ac dolorum delubris tu-
nulari, multò promptius reiecere,
egantes, æquum esse, vt in morte
quid commune cum auitâ super-
itione haberent, quam viui eiū-
sissent. Ita initis vtrinque condi-
onibus, solenni mox apparatu ex-
agenti palmâ, eâ scilicet arbore,
uæ Christum Orci victorem dece-
ret, Crux erecta est. Nec minus ere-
cæ cernebantur incolarum men-
ses, quas Patres Christianæ discipli-
æ adeò sensere capaces, vt breui
temporis interuallo ingens ex pau-
â femente messis se proderet.

P. Ioan-

Crux ista
rum è
palma
erecta.

P. Ioannes Pastor, P. Cerqueirā su
inde ad Matarános remisso, seip
vt iam sene fortior, è stramine
quod luto interlinebat, extemp
rale templum construxit: verbi
cælestis Präconibus linguæ con
pendia relicturus, Abiponem
promptuarium conscripsit, in o
nem occasionem faciendæ frug
Patrum intentus. Sed spes lætissimas no
**nde dis
cessus.** operarum modò paucitas, sed e
rundem è sedibus illis præmatur
discessus incidit. Illi enim maioru
auctoritate reuocati, etsi ægrè pa
ta desererent, obtemperandi lege
quouis emolumento potiorem ha
buere. Neque ob Patrum penuria
suppleri tunc discedentium vic
potuere. Ut adeò exspectandu
interea sit, dum diuinæ clement
ac maioribus integrum erit, iunct
plurium operâ totum illud solu
exustis euulsisque lolijs ad fruge
reuocare. Abipones degustatâ Eu
angelijs ac Patrum lenitate, non si
magni

agni doloris significatione abe-
tes, frequenti numero per tri-
nta leucas sunt prosecuti: quibus
pos è quotidianâ veneratione pa-
tos liberaliter toto illo itinere at-
lerunt, precati, ne redditum suæ
anti tam utilem in longa tenipora
fferrent.

Porrò Abipónes staturâ sunt plûs *Abipónis*
iàm mediocri, sed decenti, qui- *mores.*
us & in lacertis robur, & in vultu
inæ natuō horrore promicant.
statem nudi exigunt, hyeme pel-
bus colore infectis aduersus frigo-
defensi. Clauam è collo, phare-
am ex humeris suspendunt, lœuā
imper arcum, dexterâ lanceam
stinente. Decorum sibi putant,
grides non barbarâ tantùm feri-
te, sed maculis quoque repræsen-
te, quibus totum corpus variant.
os imprimis putant formâ cul-
que corporis ante alios præstare,
iì vulneribus per totum corpus
antibus, plures struthionum cri-

D stas

itas inferuerint: quibus nares que
que & labia imò aures instruunt
Barbam alere turpe apud ipsos ha-
betur: quod dedecus vt euiten-
puberes lanuginem vellunt. Calu-
tiem vt ornamentum capit is affe-
ctant; vt nonnulli eos à depili from
te Frontones appellārint. Cesariet
alere nulli concessum, nisi qui ho-
stem seu publico prœlio, seu priua-
to congressu interemerit. Quâ leg-
ij quoque iubentur quacunque cæ-
de militiam initiare, qui eius orna-
ri aliquando insignibus expetunt.

*Ab ipo-
num be-
reis.*

Habent & illi suos Heroës & semi-
deos: quod nomen non nisi ijs con-
cedunt, qui immānium tormento-
rum vitili patientiâ se supra imbel-
le vulgus extulerint; existimantibu-
Barbaris, vtique fortius esse, sup-

*Quos in-
auditus
supplicij
& expe-
rimētus
inmittant.*

plicia pati, quām inferre. Itaque
quisquis fuerit eius gloriæ candi-
datus, eum p̄fimò non secus atque
cribrum toto corpore perforant;
ne lingūa quidem à vulneribus im-
muni.

uni. Inde aspero falso cutem vn-
rque abradunt: donec à for-
ribus lacertis excarnificato iam
rpore, quini senes pari crudeli-
te supremam manū virtutis bar-
ræ tirocinio imponant. Tum si
modcunq; membrū doloris acer-
tate adducat, aut vlo indicio se-
odat hominem esse; indignū illo
agnatum gradu autumant. At si
vis vt saxum aut quernus truncus
retorto vultu aut neruo ex se pa-
ntur heroēm sculpi; ille demum
unctum & honoris insignia tulit:
iae ipse sibi insuā, quam profudit,
urpurā per speciem triumphantis
tā operā voluntatus, gratulatur.
d hanc gloriam à puerō aspirant,
que ipsos à teneris annis vt tabu-
n radunt, cui olim tam cruentus
nor inscribatur. Ut passim videas
eros aculeis ac spinis armatos,
o puerili ludo nunc hanc nunc il-
n corporis partē ad tolerantiam
ercere; tam pertinaci doloris dif-

D 2 simula-

simulatione, vt non contenti lacri-
mis imperare aut cohibere gemi-
tus, os discant ad risum conforma-

Feminæ. re. Feminæ decus suum tanti no-
rum or- emunt; sed infra sinum retibus ve-
natus, stitæ, corpus coloribus inficiunt
aut insertis lapillis discriminant
vultum præsertim atque pectu-
gemmais, ceu verrucis asperare, de-
corum ratæ. Mensæ seorsim à ma-
ritis accubant, à sobrietate laudan-

Barum dæ. Mortuo gentis regulo, quen-
Iudus & Caziquium dicunt, aliud nōmen fe-
ieiunia. minæ assumunt, totumq[ue] mensen-
perpetuo luctu iejunæ exigunt, sed
eâ iejunij lege, vt Abiponibus nefas
habeatur, piscem attrectare, car-

Parentū nium esu impunè concessò. Prole
in proles non nisi binas educant: quidquid
erudeli- autem vltra hunc numerum illis na-
tas, & scitur, barbarâ immanitate vix na-
eiuscau- tum trucidant. Cui sceleri eam cau-
sa. sam prætexunt: quod Abipones
bello ac latrocinijs assueti castra
non vrbes aut pagos habitent, vagi-
sedibus

dibus pro fortunæ successu assue-
Quòd si hostium aut alterius pe-
culi metu mutandæ sint sedes,
umeris parentum sarcinam nimis
herosam fore, si vltra supellecti-
m tot liberos ferrent. In hac verò
auctoritate posse hanc pietatē à sin-
ulis coniugibus filiorum singulis
cunque præstari. Si tamen pri-
is liberis iam ætas viresque tam
rmae succreuerint, ut nullâ paren-
tum molestiâ suâ sponte possint ca-
ra sequi: tum verò vitæ gratiam
abnascientibus alijs faciunt, in ius
umerorum, ut hæreditatem suc-
cessuris. Anus pleræque sunt dæ-
moni tam familiares, ut ab eius con-
studine nullis possint minis auel-
Eius obstinationis exemplar ma-
no suo dolore P. Ioannes habuit:
quando vetulæ cuidam morti pro-
imæ, sempiterna supplicia à dæ-
monibus infligenda interminatus,
isi Christiano ritu abluta resipi-
ceret, minus nihilo effecit. Illa

Anus
dæmoni
familia-
res.

D 3 enim

66 COLLEGIVM

enim ad verissimam comminatio-
nem nihil commota, dæmonem
minimè vereri dictitabat, cui to-
annorum familiariter assueisset
de aquis illis, quas ipse iactaret sibi
saluti fore, se ut à qualibet vnde
nullâ ratione diuersis, ne auditu
ram quidem. Ita infelix anus Pa-
tris & suas imprimis spes frustrata
dæmonis tyrannidem non exhor-
ruit, tunc illi maximè timendam
cùm omnium minimè timeret.

COLLEGIVM
RIOCENSE.

*Indi
Plani.* **A**D Indos hinc Patres excurre-
runt, qui Plani dicuntur, nescio-
quām conformi nomenclaturā, vi-
quos in editis rupibus ferarum mo-
re habitantes rectius Montanos di-
ceres. Gens hæc vltimam egestatem
experitur, præter annonæ indigen-
tiam etiam domicilij expers: cuius
loco aut antra in rupibus inuenta
excisaūc incolunt, aut cælo tegun-
tur;

ur; eò maiori incommodo, quod
ec rei quidem diuinæ operari in
co ventis ac tempestatibus per-
o, tutò licuerit. Animorum tanto
uit difficultior medicina; quòd ab
orūm consuetudine procùl remo-
, à quibus possent meliora doce-
, ingentem ruditatem ad hospites
atres attulerint; quæ donec ita
scinderetur, vt mores simul sa-
iores cum doctrinâ assumerent;
agnæ molis negotium fuit. Va-
uit tamen eosque Patrum indu-
ria ad abolendos gentis illius seu
entiendi seu viuendi errores; vt
multi plurimorum annorum scele-
, & inconcessa honestati commer-
ia damnarent. Nec defuere sanio-
detrectantibus funesta exempla,
uæ ad officium eos compellerent.
ndum Pater euocabat non procul
b oppido commorantem; vt ex-
iato Christiana sacra impertiretur.
t Indus ad iter impiger, in animi
urâ causaque itineris omnino tor-

*Indi ob-
stinati
lapsus.*

pens, oblatam vltro à Patre mede-
lam stolidè reiecit: eadēmque sar-
cinā scelerum, quam equo & animo
secum aduehebat, onustus, viam re-
legit; diuinā vindictā mox à tergo
tardum ad meliora viatorem infe-
quente. Equus enim tam scelesti
oneris impatiens, tergo sessorem in-
subiectum saxum excussit: quo af-
flictus crura brachiaque, & tantum
non ceruicem fregit; quam perui-
cacem nuper ad salutis consilia ad-
ferebat. Sapuit vtique miser, & ex-
casu in spem frugis erectus, pecca-
tis, vt cespiti, ad quem tam pericu-
losè fuit hallucinatus, iure succen-
suis.

COLLEGIVM S. MI- CHAELIS APVD TV- CVMÁNOS.

*Fulmi-
nis eius-
dem di-
uersa via.* **P**Atrum, qui hunc agrum colu-
re, labores cælum non sine pro-
digio promouit, Deo in animorum
culturā efficiente, quod agrestes
suis

suis agellis ab irato cælo promittunt, arbitratii fecundiorem annum ac terram frequenti tonitru fieri. Tres Indi bouino corio sub eodem mapali noctu indormiere; cùm ingenti fragore nubibus excussum fulmen medium ex illis corripuit, ac miserè exustum in cineres rededit; binis, qui fulminati latus vtrinque claudebant, in tugurij angulos innoxio casu abiectis. Qui semianimes, vbi se à metu & afflicti corporis stupore collegerunt, ad nostros adhuc nidore fulminis afflati accurrere, veniam noxarum, quas Sacerdoti exponebant, non sine gemitu postulantes: ne diuini iudicis sententia, quam scirent omni fulmine atrociorum, in reos detonaret.

Nec cælestes tantum ignes, sed ventos quoque cælum ad expugnandam Indorum peruvicaciam submisit: à quibus conuulsus impij & in scelus omne ruentis hominis

D 5 ani.

animus, fortiores deinde radices in Christianâ pietate egit. Cùm enim Indorum quispiam longâ scelerum assuetudine in exitiū præceps, omnino salutem desperaret, sex annorum continuâ serie flagitijs mancipatus; tandem in siluâ, vbi nihilo feris probiora committebat, confusum murmur eius aures allabitur: cuius sententiam assequi cùm nec quicquam laboraret, repente ingens turbo ita saltui incubuit, vt tellure ipsâ ad insolentem impetum contremisceat, miser crederet, arbores radicitus iam euulsas in suum caput coniurasse. Quare è veterno criminum à tumultuante cælo excitatus, in siluâ feritatem posuit; veritus, ne, si ventos negligeret tam grauiter sibi comminatos, nocentius elementum suis flagitijs totum nemus accenderet.

*Cantha-
rides sty-
gia anti-
mi viru* Ex inferis quoque contra inferos pro salute feminæ pugnatum. Erat illa multis iam annis in omni

nem

nem libidinem ita projecta, vt cum
pudore salutem quoque prostitue-<sup>a femina
extra-
hunc.</sup>
ret: neque extremâ quidem mor-
tis, quam præsens ei pestis mina-
batur, necessitatē, saniora suaden-
tium voces patienter audiret. Nec
iam vitæ vel salutis vlla spes resta-
bat. Sed importunæ amicorum
preces, & opportunior è cælo mo-
nitor Deus tandem effècere, vt Sa-
cerdotem ad conclave, non item
ad aures & animi secreta admitte-
ret. Patre enim è nostris iam præ-
sente moras identidem ex longâ
scelerum catenâ neciebat, quâ æ-
græ mens illigata, laruas infero-
rum sibi obiectas, immitti sibi ad
pernicieni querebatur. Circum-
volabant illæ cantharidum specie,
ferali susurro earum stridorem imi-
tatæ; feminâ solâ eius spectaculi
consciâ, quæ pestem fouebat hac
medicinâ extrahendam. Igitur egra
muscis tam ominosis attonita Sa-
cerdotis ponè assidentis opem im-
D 6 plorat,

plorat. Qui ad resipiscendum eam cohortatus, iubebat eam sponte vi-
rus ejcere, quod stygiæ olim can-
tharides essent æterno retinentie
suppicio in exitiale vlcus defor-
maturæ: hos monitores non spon-
te suâ, sed cælesti auctoritate acci-
tos, scelerum confessionem inuitos
extorquere. Vt eretur proin' diuinæ
beneficio; & pestem omnem animi
vnâ cum feralibus insectis è cubili
proscriberet. Obsecuta est mulier
Patris orationi, & venenum omne,
quo pliis intus quam foris labora-
uit, non sine multo gemitu euo-
muit. Quo factum est, vt non so-
lùm animus morientis egestâ tan-
dem lue conualeceret; sed infe-
stæ cantharides toto conclavi nus-
quam apparerent.

*SS. Eu-
charistia
fimina
vox as ta-
tentis vo-
cō solnit.* Non dissimile periculum pari-
successu alia mulier euasit; quæ pre-
ter pudorem, quem venalem qua-
tuor annis habebat, etiam sacrum
Confessionis tribunal profanauit.

Illa

illa namque peste correpta bis no-
tro Sacerdoti noxas omnes dete-
tura, impiâ verecundiâ toties sce-
lera maximè pudenda resorbuit,
causa pro coronide scelesti silentij,
eodem ore cælestè viaticum gusta-
re. Sed quod miserae videri potuit
exitij causa fore, salutis origo fuit.
A diuino enim hospite foeditatis
ac sacrilegij intra mentem admo-
nita, tertium demum ingenuo can-
dore se vniuersorum scelerum, &
impiæ taciturnitatis accusat; falsa,
quoties antehac Sacerdoti explicata
noxas potiores vellet, guttur sibi
ac spiritum à quopiam, cuius ta-
men nihil vidisset, interclusum fuis-
se; à Deo tandem sibi apertam pec-
cata exponendi viam, quam stygius
prædo insedisset, & iter, ut spera-
ret, ad cælum fuisse.

Felix quoque illa Patris alterius Patria
aurigatio fuit, quam foras extra vr. aurige-
tio mori-
tur, in
dumis
Indo sa-
lentaria.

harentibus, subsisteret; Pater, du
inde expediretur, tantisper deser-
rhedā, tenuem hominis in propi-
quo spirantis halitum deprehendit:
cuius vestigia secutus, in In-
dum incidit, qui ad excitatum illi-
gnem humi vix animam trahebat.
Quo viso Pater hominem ad spen-
æternæ vitæ amanter cohortatus
tantum profecit, ut æger ipse diui-
nam de se curam in currâs impe-
diti morâ veneratus, nihil omitte-
ret, quod ad placandam conscienc-
tiâ ac Numen facere iubebatur. Et
sanè in tempore parata ægro mens
& medicina fuit: eiusdem enim
diei ingruente vespere cum sole
occubuit. Eius cadauer in redditu
noster eo ipso loco terræ manda-
uit, quo gentis eius parochus rem
solet diuinam peragere, idem me-
dicus animi & corporis vespillo.

*rei in
interna-
rium se-
nem pro-
uidentia:*

Eadem fortuna alteri è Patribus
1641. euenit. Is ab Esterensi vrbe,
quorsum frugis causâ cum socio
paulò

ulò antè abibat, reuersus, arca-
os sibi addi stimulos persensit;
tibus iubebatur, velut iniecta
anu, aliquantis per à viâ secedere.
cutus ille trahentem animum,
nem in subterraneo latibulo de-
prehendit, centum annos natum:
ui quòd communem Indorum
nguam prorsus ignoraret, trice-
s annis nulli Sacerdotum potuit
centem ac peccata aperire. Mis-
tus Pater hominis ita destituti so-
cudinem, tribus linguis, quas per-
dicerat, eius idioma ex plorar.,
omperitque, Tonocotānum illi
titium esse. Èa lingua senis &
occasione vsus, hominem tot anno-
um desuetudine vndequaq; in di-
nis rudem ita instituit: vt paulò
ost recte sentire de nostris rebus,
et dolere de noxis absoluiq; posset,
Quod ubi magnis pietatis indicijs
restitisset, quinto post die vitam
lausit. Beneficij diuini magnitu-
inem ex eo conicias; quòd Pater
ille,

ille, qui senem capularem Deo
ce in speluncâ reperit, solus in to
illâ Prouinciâ ex omni nostroru
Sacerdotum numero esset, quilibet
quam seni familiarem calleret.

*Imposto-
ri multa
commi-
niscientis
fabule
detecta.* Maiori operâ expugnandus in
postor fuit, qui non vrbi modò, s
locis quoque vrbi ad sitis vanissim
generis ac virium ostentatione
multisq; præstigijs imposuit; con
paratâ sibi apud rudes non modi
veneratione: vt eum gentis ling
Cancanchic, id est, magnum auu
culum vulgò appellarent. Nec d
erant illi artes, famam animosq;
sibi conciliandi. Si quam domu
adibat, nuntium præmittere co
suevit, qui paratos esse ad obser
quium inquilinos, ac mensam lau
liberaliterque instruere suo nom
ne iuberet. Ædes porrò ingressu
tanquam desiderio sui videndi, al
quid maiestati additurus aliquam
diu in conclavi, quod è stramir
erat, se continuit; tum progressu
in

medium, suo quemque nomine,
si antehac nunquam à se visos
ompellabat. Iustitiae quoque di-
uinæ legatum se vendebat; cuius
nperio iuberetur opem ac consi-
um miseris afferre, Pluuiarum ad-
æc & grandinum se patrem esse;
eque alterius beneficio lætas sege-
es herbarumque, quæ vinum fa-
iant, prouentum deberi: morbos
perinde à se curari & inferri: ad-
uersus quæ mala in vulgus amuleta
erogabat. Et si quæ sunt fabulæ, in
quibus ille lupus erat. Sed ne in eâ
belle tam facile posset à quoquam
deprehendi, aptè vulpem aut ouem
induit, documentis bene yiuendi
non raro tam religioso verborum
ambitu inspersis; vt videri Chri-
stianus orator posset. Verùm mox
à Dei cultu ad Bacchi sacra dila-
psus, tam liberaliter merum audi-
toribus, quam nuper inania verba
propinabat: quos potu incalescen-
tes iubebat subinde Crucis signum
in

in fronte exprimere, ac Christiana
preces balbutire. Ijs peractis toti
iterum calicibus ipse mysta litauit
quem verius nepotem quam auun-
colum dicas; vt qui tot familia-
rum fortunas decoxit. Haec sua sa-
cra ita publicabat; vt tamen seue-
ris legibus prohiberet Societatis
Jesus Patribus quidquam suorum
arcanorum prodi: vlturum se pro-
ditorem, si quis eos, vt suæ super-
stitutionis vltores, verbo edocuisset.
Attamen ut flamma fumo aut luce,
ita scelera tempore se produnt:
neque latere Patres veteratoris ar-
tes potuere. Qui idcirco eò ac-
curatius excubandum sibi aduer-
sus illius insidias ac fraudes cen-
suerunt. Neque inanis metus aut
labor fuit. Multi enim eius im-
posturâ à recti tramite abducti, hor-
rato Patrum, qui malas auunculi
technas in tempore detexerunt, ad
se & officium rediere: ac detestati
pernicioſas fraudatoris molitiones

in

Patrum senioribus consilijs ac-
nieuere.

C O L L E G I V M SALTENSE.

Mīnūtus Collegarum numerus est morte Gonsalui Iusti Adiuto-
s, qui foris in Chilensi regno mi-
s, consuetudine Patrum allectus
ocietatem J e s v inijt: in quā fa-
miliæ obsequijs totum se magnis
modestiæ, quæ eum gradum decet,
rgumentis addixit. Ab ipso tiro-
inio vetus miles bellū sibi indi-
it: quod totā reliquā vitā profe-
utus, nullas suis cupiditatibus in-
uicias; aut quietem corpusculo in-
ulsit. Ultra panem è furfure vix
liud sibi genus suā spōnte gusta-
t. Flagris in se ita scuiebat; vt di-
eres, eum humanæ patientiæ mo-
lum excedere, Dextero humero ex-
frequenti sui lanienā tumescenti
ongè acerbiorē medicinam suus
psē hostis, & non clementior chi-
rurgus

rurgus adhibuit; ulceris putrescentis tabem solitus aut aestuante foco laterculo siccare, aut ignito ferro adurere. Eandem curatione tumidum genu persensit, quo ignito veru Iustus perfodiebat. Cum verò etiam costarum vna illa putresceret, eaque sub brachio, vcurari ab ipsomet solo non posset. Æthiopi doméstico se mancipio permisit: cuius manu sibi voluit fabrili malleo ac scalpro ferreo, tanquam latomus in faxo costam efformaret, ad viuum exuberantem saniem rescindi. Interuenit postremò è socijs quispiam, qui tam tristem medendi apparatum inuitos eripuit. Nec minor in illo erga Cælites pietas erat, ad quam se iteratis per diem suspirijs identidem accendebat. Ad extremum pleuritis sexagenarium inuasit; quā septem non amplius diebus decubuit. Eo tempore P. Rectori fassus est, præter alia Dei in se beneficia,

Iape

cepit sibi visum, præsentes J E S U M .
et M A R I A M adesse: quorum al-
iquo recreatus, nihil sibi triste-
rit acerbum putârit. Ut alia præ-
teream, quæ naturæ ordinem ex-
cedere videntur: quando supremæ
piaræ venerari nos imperia deceat,
auentis, ne vltra historicam lau-
em aliquid sanctimonix cuius-
uam moribus, absque summâ au-
toritate adiungamus.

Ad eandem vitæ ac laborum me.
am longiori alioque tramite P. Ca-
parus Osorius contendit: qui <sup>P. Cappa-
ri Osori
gesta.</sup>
mortem ferire cunctantem per mil.
e incommoda, quæ alienæ salutis
studium gignit, vltro inuasit. Is
gitur maiorum & suâ summâ vo-
luntate è Saltensi Collegio in Chia-
chensem siue Chaquensem Prouin-
ciam magnâ auiditate excurrit:
vbi ad Tobános eius ditionis po-
pulos delatus, eorum sibi animos
& aures tum Europæis munusculis,
tum Christianis obsequijs ita de-
uinxit;

uinxit; vt eius virtutem omnēs mi-
rē suspicerent. Creuit illa viri exi-
stimatio; postquam eius constantia
facto periculo, Barbari nihil ab illo
fieri Christiano heroē indignum
Eius vir- animaduerterunt. Per idoneos er-
eius ab go homines rūmorem spargunt
Indu astu explorā. tanquam ē clandestinā conspira-
explora tione in publicum erupisset, P.Ca-
spari vitæ paratas à sicarijs insidias
fuisse. Quarum indicium ad ipsum
etiam Patris ministrum, vtique ab
hero° suo pr̄sens discriminē auerte-
re prodiō periculo conaturum,
datā operā deferri curant: explo-
raturi, num gentis salutem, quam
tantopere iactaret, ac fortis viri de-
cus morti posthabeat; num verò
fugā metuūe periculi clām vitę ma-
lit, quām famæ consulere. Reuera-
non ad vitę, sed fortitudinis facien-
dum periculum illæ insidiæ specta-
bant: quam si Pater aduersus famæ
seu fictę seu verę tueri terrores pos-
set, maiori apud incolas loco esset
futurus.

urus. At puer, cui hæc fabula
indebatur, commenti ignarus, Pa.
periculi magnitudinem expli-
cavit, coniuratum in eius caput & vi-
am à Barbaris esse. Cui Pater, nihil
erritus, quid ergo morantur? in-
vit, cur parricidarum ac gentium
arū amore millies mori paratum
rentur tandem vel semel iugula-
t? adsint, quæso, & non tam sua
nsilia, quām vota mea expleant.
is vocibus in vulgus sparsis, tan- E' per
m reuerentia Patri apud omne
creuit; vt sobrij ad cælum eius
nimum extollerent: ac postea te- matis.
ulenti idem corpori, et si non pari-
atiâ, faceret, genere honoris her-
e ridiculo. Ebrij enim encomia-
e Patrem extentâ lodice sublatum
le, aut (quod apud Germanos lu-
crū venationis genus est) vulpis,
star vtrinque tenso reti excussæ,
uoquouersum iactârūt: vt Patrem
in vertigine & crebrâ iactatione
iactum ferè laudibus mactarent,

Vbi

Vbi deinde tumultuari in illis me-
rum desijt , modestiores Indi ve-
niam & ostentati periculi & parù
ciuilium blanditiarū postulârunt
His documentis, quibus Pater suum
inquilinis amorem virtutemq; pro-
bauit, nihil non prouum ad genti-
salutem videbatur: cùm Pater su-
bitò maiorum iussu ad desertam
stationem redire à Chaquensibus
debuit , tanto sui apud Barbaro
desiderio, quanto suo dolore. Qua-
spes tam propinquas abrumperet
iussus, obsequendum potius maio-
rum voluntati, quam suis deside-

Pater re-
mocatus
denuo re-
ditū im-
petrat. rijs putauit.. Saltam igitur vetus
domicilium repetijt, Indis post ir-
ritas preces propè manus in Patrem
inijcientibus: adeò pro existima-
tione virtutis, eius iacturam metie-
bantur. Quos vt & seipsum Pater
spe maturi redditus consolatus, viam
inijt. Domum ita P. Casparus dela-
rus inter primas curas habuit, Cha-
quensem missionem denuo à maio-
ribus

ous modestis precibus extorque-
: cuius illi postulatis obsecuti re-
eundi ad Chaqueñes potestatem
cere. Quà concessione nihil illi
potius potuit evenire. Iamq; ite-
m antiquum iter ingressus erat:
m ad Ocloianos ; per quos illi *Ocloia-*
an seundum erat, pro ferendâ ope *nos in*
transitus uitatur. Eam prouinciam Pater *inuas.*
nimè recusauit: sed per arduas
uiasque rupes enixus, cum gen-
ni ac ætatem omnem vndequa-
re rudem preceptis rectè viuendi,
salutari vndâ imbuiisset, ferarum
ore in montibus & siluis disper-
s ad ciuilem formam & consti-
tendam rem publicam hortaba-
. Illi nouæ & communis vitæ
nore incensi ad locum vndecim
Giugiano oppido leucis distan-
m frequentes confluunt, illuc co-
nias ducturi : quibus Pater tunc
iam architectus ædes non priua-
s modò , sed publicas sacrasque
erabat, Absolutis dein' domici-
lijs,

Inde ad lijs, Ocloianos Pater salubri doctrinam & aquâ tintos cùm alterius Ordinis viris Religiosis ita postulans eam curam reliquisset; cum P. Antonio Ripario ad Chaquen festinavit. Verum properant conatus alius interea labor & perstremō mors intercepit. Per denūniam vepreta sibi viam securi apertientibus, Indi, quos Palamos vocant, obuij, eos vel tacendo a commiserationem commouebant quibus proin' suam operam dengare mentis ardor non sinebat. De promptis igitur munusculis, quorum amore Palamos credebant induci ad animi & veri Numinis cultum posse, eorum sibi aures illicidem eruere: paratosq; meliora doceri & facere, ab eoru ore, ut hamo, pendentes post se traxerunt. Interea aliquantum progressi in Ciriguanos offendunt, longè dissimilissimo viæ successu. Nam Ciriguani, et si multa à Patribus dici de Christo

c sempiternâ salute audierint; sur-
lâ tamen aure omnia prætergressi,
grè tantisper perfidiam dissimulâ-
unt, dum iuuenem Paraquarien-
sem, Patrum comitem & Societatis
candidatum, quem illi Saltam re-
misere, in reditu perimerent, capi-
re ad sceleris socios & laudatores
llato. Inde Barbâri elephantorum
ore viso sanguine iuâ rabiem acti,
quenti nocte Patres priùs omni
pellestili spoliatos, & periculi,
quod tamen non ignorabant, secu-
os summo mane ligneâ clauâ tru-
dant. Primus fatalem ictum P.O.
rius, alterum P.Riparius exceptit:
terq; adeo metu mortis nihil tre-
dabat; vt suis sarcinis illâ nocte
dormirent; neque nocturnâ illa-
m direptione excitati, prædoni-
is paulò pôst ad latrocinium re-
turis obfisterent. Vitâ exutos ca-
tibus quoque Ciriguani spoliâ-
nt.. In tantorum virorum cæde
es quoq; Chaquensium erant oc-

*A Cir-
guanis
Indis cù
socio oe-
cidit&r.*

cisæ; quibus ob inopiam Patrum
alius submitti non potuit: dum re-
centes aliunde vires superueniant.

*Calcha-
quinorū
mores &
ditio.* Ad Calchaquinos deinde versi
curis, varia iterum cœpti operi
cursum morabantur, belli præci-
puè ac seditionis metu Barbari
omnia alia cogitantibus. Porro
Calchaquini inaccessis propè mon-
tibus vtrinque clausi totam vallen-
oppidulis ad glebæ fertilioris agel-
los dispersis habitant: quorum per-
uicaciam Hispani edomare hacte-
nus nullis armis potuere. At non
ut Hispanorum, ita vitiorum quo-
que iugum odere. Viri, ne manu-
quidem sobrii, omnem sanæ men-
tis usum mero sepeliunt. Ad cæte-
ra mobiles & novis semper rebus
intenti, autam nihilominus patriæ
superstitionem mordicūs tuentur.
Quà de causâ triginta annorum
messis, hoc uno propè pugillo clau-
ditur: quòd innocentiori ætati
aquis lustralibus ablutæ via sit ad
cælum

clum reclusa: quæ vbi adoleue-
t, innatâ levitate & parentum ex-
mplis ad ingenium redit. Non ta-
men idcirco nulla honestatis apud
os ratio habetur. Inuentus inter
os ut plurimū etiam parentum
imperio, non item exemplo sobria-
t, ac maiorum obseruans; libidi-
non prorsus mancipata. Viro-
rum etiam plerique vnius dunca-
nt vxoris mariti coniugium re-
verenter habent, eosque honesti-
tis quo sensu afflati, ut supra cæte-
rum Indorum indolem ingenui,
hilari omnes veste vtantur. Chri-
stianis mysterijs parùm addicti lin-
quam adeò Cacensem, quâ ipsi
vuntur, discendi copiam Patribus
grè faciunt: quam tamen tot ano-
alis intricatam multo sudore di-
enti nemo inuideat. Quis verò
auditor in hunc diem Orci com-
mentum non deploret? cùm enim
ic loci spes cuiuscunque emolu-
menti in teneræ ætatis tantùm fere-

*Nouuno
demonis
inuentis
ad per-
dendos
Indos.*

salute consistat: hæc ipsa tamen in
præsens discrimen nouo inferum
ingenio est adducta. Quippe Cal-
chaquini, et si aut facultas illis au-
animus desit, Christiano lauacro fi-
lios admouendi; eos nihilominus
Christianis nominibus appellant
magno herclè ac exitiali errore
quo tam filiorum saluti, quam Sa-
cerdotum auribus imponitur: quia
ex indigetatione tam piâ persuassi-
onâ sacro fonte nomen illos cum in-
nocentiâ hausisse, illatos prætere-
unt. Ad hæc mala profliganda tres
Socij anno 1643. missi sunt. Quia
quem fructum sint ex illo hucusque
tam sterili solo relaturi, ex aliorum
annorum ac annalium messe colli-
gemus.

COLLEGIVM BONI

AERIS.

PEstis tres ipsos annos hoc loco
grassata, multis saluti fuit; qui
Patrum ope virus animi eiecerunt,

Quos

uos inter, ut minora dissimulem, *Indus ad
frugem
calestis
terrore
renocatur.*
tique ille fuit, qui in lautā fortuna
ositus, maiorem censūs, quām sa-
ntis curam habuit. Huius enim
udium tam parūm illi cordi fuit;
et omnem læsæ conscientiæ medi-
nam exosus, ne posset ad annuam
oxarum expiationem imminentem
aschate vrgeri, longum iter à pa-
riâ procùl, & multò longius à cæ-
lo sibi indixerit. Ast miser, igno-
abat, longiores Deo manus quām
egibus esse, quibus, seu plectere
eu mulcere velit, subtrahere nemo
e queat. Miserandum ergo tot
scelerum mancipium clementi con-
ilio, et si armatā manu Deus à fugâ
etraxit. Nondum quippe peracto
primi diei itinere transfuga vidi-
tib ignotâ dexterâ in se gladium vi-
orari: cuius fatalem iustum euadere
non posset, nisi mutato animo,
viam simul & sclera coram Sacer-
dote domi retexeret. Quapropter
ut præsenti se periculo futuroque

exitio subduceret; domum ad Sa-
cerdotis tribunal reus tam conci-
tato pede festinavit, quam paulo
priùs profugit. Illic rite culpâ omni-
ni exsolutus, cælesti viaticum sum-
psit; quo instructus fugere posthac
pro poenâ culpam posset.

Iudic de-
Heratus
à B. V.
Seruatus. In dispari causâ ad patrem per-
niciem alius ruebat: qui paupertati
ac ærumnis finem facturus, iam
collum laqueo inferebat: actum-
que penitus de miseri vitâ fuisset;
nisi occultâ vi ex eo tigno, cui fu-
nem & gulam adstringebat, detur-
batus, cum solatio spiritum quo-
que recepisset. Vtrumque Dei Pa-
renti debuit; quæ post felicem ca-
sum ei conspicua, hominem hortabatur;
vt deinceps eo malorum
compendio abstineret: sanctiusque
posthac à Dei natu & suo auxilio
penderet. Eam felicitatem miser
vtique pio in Dei Matrem obsequio
promeruit; quam solitus erat quo-
tidie ad coronę precatoria dimen-
sum

n salutare. Suum verò crimen &
i Parentis opem reus non sine la-
mis nostro Sacerdoti recensuit.

In multò probiore conatu op-
imendum ab hoste suum Clien-
tis ad-
m magna Mater seruauit. Is mi-
serat, Deiparae per quam religio.
s cultor; qui cùm fortè domi
usdem honori Rosarium decurre-
Deipara
suī clien-
tis ad-
uer/ua
hostes
proprio-
gnatrix;

t, ab æmulo, qui in eius ædes cum
tellitum grege irruerat, ad cer-
m necem tunc inermis stricto pu-
one deposcebat. Sed M A R I A
num militem propugnante, sica-
us exequi scelus non potuit. Al-
ori enim vi ab inferendo vulnere
rohibitus, in terram pronus totâ
orporis mole procubuit. Quo ex-
asum melior necessitatem iacendi in-
upplicis ritum conuertit, à Matre
Virgine ac eius Cliente iniuriæ ve-
niā precatus, quod in hoc asylo
precanti ausus fuisset manus infer-
re. Inde à metu & lapsu leuatus,
rectâ ad nostrum domicilium con-

E 5 tendit,

94 COLLEGIVM

tendit, Sacerdoti ritè diuinum beneficium & suū errorem confessus: magnoque malo & bono suo didicit, aduersus precantem non esse pugnandum; maleque in sinu Matris filium inuadi.

COLLEGIVM

S. FIDEI.

Domestico imprimis exemplo fuit Collegij huius labor illustris. Ex ijs, qui in Societate Iesu familiæ labores obeunt, quidam è Fratrum numero rem ruri curistica socij virtus & honestas. bat. Quam foris extra oppida cesse est inter Indos eò maiori custodiâ tueri; quantò illi subitis incursionibus assueti licentiùs prædas agunt. Neque defendi villa nostra aduersus Barbarorū insidias potuit, quin post armenta ipsum denique custodem inuaderent. Huic iam religiosis etiam vestibus exuto, nitebantur interulam quoque detrahere. Verùm ille honestatis

is ac illius amiculi retinens, aduersus grassatores tam fortiter se fuit tutatus; ut, cum despoliare illum interiori amictu non possent, cogarentur, si vellent interulâ potiri, totum hominem auferre. Quem illi strigoso equo alligatum per speciem agrestis triumphi ad Calchaquinorum regulum deduxere, questi, quod alia omnia impunè diripientibus, inermis intimam vestem negasset. Instabant deinde, ut capitis in eum sententiam regulus ferret: quod honestatem, ut rem maximè suam, ipse contra predones defendisset. Nec dubitabant, quin audituri à Caziquio essent, licere sibi vitâ illum cum indusio exuere. Sed honestati maior apud hominem etsi barbarum locus, quam cruentis precibus fuit. Delectatus enim viri religiosi tam ingenuo pudoris tuendi studio, cui libertatem postposuissest, tantillo ilino redimendam, vitæ illi & re-

96. COLLEGIVM

deundi, quò vellet, gratiam fecit.
Tantopere vel in ipsa barbarie, cen-
scilla inter tepentes cineres, ho-
nestas elucet. Noster sibi redditus
post primum congressum victor, se
& naturam ipsam paulò pòst præ-
Eiusdem stanti facinore triumphauit. Indus
insignu- foedis ulceribus scatebat, quorum
de se vi- fector etiam chirurgos, longo vsu
goria. putorem tolerare assuetos, ab ægri-
curâ & lecto arcebat. Eius curam
sibi nihilo secuìs is ipse poscebat,
qui interulam cum religiosâ mode-
stiâ tam strenuè nuper propugna-
uit: neque quidquam officijs præ-
termisit, quod impendi ægro ab-
amantissimis posset. Interea natu-
rà virtuti obstrepende, grauem nau-
seam ex ulcerum fœditate, ac odo-
re tam tetro concepit. At ille piè
suo fastidio indignatus, sibimet bel-
lum indicit: ac insuper habitu sen-
suum quorumcunque horrore, sa-
niem omnem è putri vomicâ scatu-
rientem, non semel tantùm ac ite-
rum,

m, sed saepeius repetitis vicibus
sugit, S. Francisci Xauerij & S.
atharinæ Senensis, quos sibi tam
ri facinoris auctores propone-
nt, potissimum exemplis persua-
sor. Ut dices, cum ab apibus,
ex agresti quoque flore mel fa-
cunt, dulcem esse ubique virtutem
dicisse, quam nullo loco minus,
quam in melle reperias.

Tanta virtus contrarijs exem-
plis amplius honestatur. Vir cæc-
ia honestus, nisi quod acrior iuste-
tui honoris vindicta esset, calumnia
orem laesæ famæ reum coram iu-
dice peragebat : nec audire de
Christianâ condonandæ offensæ le-
ge quicquam à Patribus voluit, qui
omnibus modis nitebantur animos
ac litem clam sine iudice compo-
nere. Quâ pertinaciâ euicit, ut ca-
lumniæ accusatus, quamuis culpam
deprecaretur, æris & patriæ iactu-
râ multatus iuberetur solum verte-
re. At non impunè tam immitè iu-

*Ad ve-
niā dif-
ficilu ta-
tionis
pœnā à
Deo pu-
nitus.*

dicum accusator tulit. Altero enim abhinc mense eiusdem criminis ab alio delatus, exemplo suo iudici cœlestique vindictæ eandem inse sententiam suggessit: nemin propterea succensere ob seueritatem ausus; vt qui seipsum in hoste condemnasset.

*Iuuenis
in morbo
refipuit.* Fuit iuuenis, qui duodecim annos in omne flagitorum genus effusus, nullum sibi frenum passus est aut ab amicis aut animo injici: donec ad exitium ruenti morbus illi extremus, ab impiâ consuetudine desistendi necessitatem imposuit. Quâ ille rectè ad spem salutis usus, vocanti ad meliora Deo manus dedit. In eum finem Sacerdotem è Patribus postulat, apud quem vitæ præteritæ noxas omnes sincero dolore detexit. Pater vitam ægro in alterum diem suffecturam ratus, omnia, quæ tunc menti occurrabant, recensem, iubet in conscientiam denuo accuratiùs inquirere;

ere; num memoriam quidpiam fe-
llisset, quod postridie confessioni
dijceret: tum elemum se reum
mnia ordine fassum pro potestate
osoluturum. Sed cordi Deo non ^{A Patre}
uit, vitam ægro aut medicinam ^{occulta}
rorogare. Quod tunc patuit; ^{vi reten-}
^{to absolu-}
^{titur.}
um Pater ab ægro discessurus
euare se à sellâ non potuit, arcanâ
i surgere conantis genua moran-
t. Qui tanto facilius coniecit,
quo sibi essent manus iniectæ,
uòd stimulari mentem graui reli-
ione sentiret, ne hominem non ita
iu superuicturum à suo tribunali
ateretur ad diuinū sine absolutio-
ne transire. Igitur monitorem Pa-
ter secutus, iuuenem maximopere
uis noxis illacrimantem absoluit.
Qui eadem nocte ad supremum us-
ue suspirium erratorum pœnitens
iuere, aut verius mori desijt.

COL-

COLLEGIVM POR.
TVENSE S.S. TRINI.
TATIS.

Emporium quoddam hic Patres
cælesti mercaturæ idoneum in-
colunt: in cuius portu receptæ ex
toto Occidente merces, pio animas
pro quaestu sestantium sudore, ut
totidem gemmis, permuntantur.
Huc enim cum mercimonij man-
cipia quoque inuehuntur, qui heris
non magis, quam vitijs & supersti-
tioni seruitute obnoxij, vix magnæ
laborum impendio Christianæ li-
bertati redimuntur. Non parua ta-
men ex illâ colluuie ad Christiani
commercij lucrum, ac religionis
reuerentiam fieri accessio solet.
Quidam enim tantopere in pretio
fidei causâ seipso habent; ut vili-
tatem superstitione plebeculæ auer-
sati, ne mensâ quidem ac foco eos
communi dignentur, quorum aræ
alieno igne calent. Quæ res man-
cipio

pio cuidam, nondum verâ reli- ^{Vitato}
one initiatu*m* lacrimas & perfidiæ ^{gentilium}
testationem expressit; cùm vidit, ^{confuso-}
à commilitonibus^{judo cuius}, quòd esset ^{dam sa-}
Christo alienus, profanum ab ac- ^{lutis}
umbentium latere & pastu arce-^{cans.}

. Quare toto quatriduo alimenti
mnis expers, nec solatum admi-
t. Inde ut erat lacrimis sordida-
us, in herum incidit: à quo roga-
us, ecquid illi eos gemitus & fle-
um exciusset; querebatur, se vt
acrum hominem herili mensâ iam
quartum diem abstinere coactum,
eruile aliorum supercilium deplo-
are; se nec inuidiâ nec repulsâ,
sed vtriusque causâ offensum: quod
ipse mancipia laborum socium, so-
lo animi cultu dissimilem aude-
rent è conuiuarum cœtu proscri-
bere. Non diutius hanc se labem
toleraturum: quin si solus ipse ni-
ger esset, quem candidati religio-
nis cauerent, Christianis aquis la-
mari se permitteret. Herus calenti
ferro

ferro vsus, vtcunque parùm digni
ad rem tantam initia essent, recta
hominem ad Patres adduxit, no-
stris sacris imbuendum. Qui pro-
bè institutus, ac sacris vndis elutus
non ad heri modò mensam, sed ad
cælestè quoque conuiuium admis-
sus est: quem priùs, vtpote illo-
tum à mensa etiam mancipia reie-
cerunt.

*Manet-
pī ad
Christum
conuersus
solarium
& noua
quies.* Longè aliter Indus alter secum
agi hero suo affirmauit. Cùm enim
sacro fonte egressus pro more can-
dido amiculo stolatus incederet,
in usitatâ mentis dulcedine perfu-
sus, præ gaudio seipsum vix capere,
ac gestientis in modum alacer co-
hibere non potuit; quin hero fortè
obuio inundantis lœtitiae partem,
vt redundans flumen, in eius ani-
mum exoneraret. Sereno itaque
vultu eum allocutus, ô Here! in-
quit, quanta felicitas, quanta secu-
ritas, Christum sequi. Vnde he-
rus conjectans, plura illum sentire,
ut sit quam

nam loqui, hominem vrget, quorū
m eae voces spectarent. Cui ser-
us pari hilaritate reliquum pro-
cutus, exposuit; se à Stygio tene-
rione singulis antē noctib⁹, quām
e Christo adiungeret, compella-
tum fuisse, monitumque, ut Chri-
stanorum consuetudinem, ac mul-
ti studiosius eorum sacra vitaret;
ut præter nouitatem, religioni
temper inimicam, adhæc seueris
imperijs sectatores suos ad ine-
liam & mille voluptatis corpo-
rumque iniurias vrgerent; pos-
se illum in hac ætate tutius domi-
nū maiorum sensu viuere; per
quos liceret in plurium Deorum
vultu etiam genio litare. Se ve-
lò artes veteratoris exosum, nul-
lam eius incantationibus aurem
præbuisse: sed quacunque extra
Christum conditione insuper habi-
ta, ejus se Crucem atque doctrinam
anidē amplexum. Promptæ modò
voluntatis fructum se etiamnum
in

in ipso flore degustare: neque post
admissam Euangelij lucem, tene-
brarum principem ad se deinceps
vñquam reuersum: cuius consilia
cum sordibus prioris vitæ, Christi
candidatus abiecisset. Hæc Indu-
edixit, magnâ audientis heri vo-
luptate: quod seruum haberet, qui
orcum subiugasset.

*Senex de-
crepitus
recte à
Patre de-
stitutus* Illud imprimis est memorabile,
quod Patri foras excurrenti euenit.
facebat in tugurio senex centum
iam annos natus, olim penè puer
Christiano cultu imbutus. Sed ob-
vitam deinde ferè omnem inter
Barbaros exactam, ab illâ mortuam
contagione, ipse etiam liuorem
traxit: ut Pater hominem, qui tot
annis cum lupis vñuiasset, non nisi
maximo labore ad Christi ouile &
superstitionis auitæ odium reuoca-
ret. Tum verò meliora doctus ve-
tera errata coram Sacerdote dam-
nauit. Sed tam annosa quercus et si
diligenter excussa reliquias tamen
inuete.

uerati mali retinuit. Quippe ^{Maiorū} eractā confessione Pater ad de: ^{ossa Ita} imbellis lectum animaduertit ^{du se} pietie.
uidpiam pullo amictu opertum
astar tumuli altius eminere: de
uo Patri, qui suspectum id secre
um habuit, percontanti respon
it; suorum parentum ac maiorum
e illic ossa pietatis studio afferua
re; vt gratus, acceptæ illinc vitæ,
e suæ originis meminisset. Nec
amnanda erat pietas, si supersticio
besset. Quia vero pater non igno
abat, pietatem in mortuos raro su
perstitione apud Indos carere: ne
gauit, fas illi esse, maiorum ossa ser
uare, quorum animæ periissent:
frustra illum testam amissō nucleo
venerari. Amotā dehinc tegete se
pulchrum apparebat, latis colori
bus aspersum: cui septem crania
nerant cristis atque lemniscis pro
gentis elegantia probè compta, or
biculis vitreis gemmarum loco in
termicantibus. Has maiorum reli
quias

quiās Pater confestim igni tradid
ne ossa meliori loco , quām eoru
viui quondam inquilini nunc e
sent. Quorum cineres, vt senex i
tellexit hanc sibi hæreditatem ere
ptam , multis lacrimis aspersit ; al
quot dierum luctu & inediā testa
tus , adgemente etiam aniculā qua
dam , quanti suorum ossa faceret
quiibus tamen religio , velut cere
brum aut medulla defuit.

Atque hæc in Tucumanorum ,
quos initio diximus Paraquariensi
prouinciæ accenseri , ditione po
tissimum euenerē. Nunc quæ in co
lonijs , (quas Reductiones cum pri
mis laborum & nominum istorum
auctoribus etiam ipsi dicemus) me
moriāl calamumque præ cæte
ris merentur , pari fide
seligemus.

* *

RE.

REDUCTIONES
SIVE
INDORVM COLONIÆ.


Rede-
Bionutus
ratio.
 V o d fabulæ quondam
 Orpheo non sine latentis
 veri specie tribuerunt :
 eum tam scitè ad citharæ
 ulsum potuisse modulos attem-
 erare ; vt non homines modò
 artis miraculo attoniti restiterint,
 sed feræ insuper omnis seu ferita-
 s seu timoris, vt quaslibet natu-
 rae instituit, oblitæ, nullo nocen-
 ti metu studiose ad communem
 voluptatem confluxerint. Id ho-
 ie longè verius in eos cadit , qui
 iuinæ gloriæ ac animorum studio-
 ccensi, omnes eò neruos intende-
 unt ; vt mortales belluarum ritu-
 mnis humanæ societatis cultus-
 que ignaros è latebris euocarent,
 gumque ac honesti publici amo-
 captos, communi septo claude-
 rent,

cent. Quæ res, vel cogitanti ope-
sa, quantum laboris in rem præfer-
tem venientibus soleat afferre, di-
vix potest. Patrum tamen indefessi
studio (ut aliorum Ordinum &
hominum laudatissimos conatu-
mittam) nihil intium virtuti ar-
bitrantium, mitigata Barbarorum
ingenia, gustatâ vitæ socialis dul-
cedine, solitudinem damnarunt
desertisque antris ac rupibus,
mutua vndequaque confluentium
consuetudine cœperunt populare
animos induere. Cumque nemo se
facilè publico crederet, qui non es-
set prius Christianæ disciplinæ pre-
ceptis cœcuratus; concordi religio-
nis nexu omnium animi multò fa-
cilius coaluere. Itaque è bellu-
iam ciues, colonias effecere, pluri-
mis familijs, ut in bene moratâ ci-
vitate distinctas: quas idcirco,
quod Indi passim antè nullâ repu-
blicæ specie, ut apud inferos, aut
inter feras, viuere soliti, ad ciuilem
vitam

tam essent reducti, REDVCTIO-
nes vocârunt, vrbibus aut oppi-
s nostratibus cultu morum non
ssimiles. Quarum decem ad Pá-
næ vastissimi fluminis, quod lato
xaginta leucarum ostio mare in-
at, ripas; totidem ad Vruaicæ al-
rius fluuij in Páranam se exone-
ntis littora visuntur.

Cæterùm Indi in illâ priori feri- *Indorum
te exleges, nec naturam quidem
icem sequi soliti, leges ipsi ferre,
ut constituere magistratum ob æ. nro.
ni bonique inscitiam non pote-
nt. Hinc ne, vt aggestus arena-
m aceruu, nullis adstricti viuen-
præceptis quolibet flatu diffue-
nt; Patres, vt aliquam reipublicæ
rmam inducerent, volentibus le-
s dictârunt, admirandâ populi
on ita pridem tam inculti facili-
te. Ad quosuis enim Patrum nu-
s intenti, non agelli limites, non
lis exstruendæ aream definiunt,
on operas absque sociorum sen-*
F *tentiâ*

110 REDVCTIONVM

tentiâ locant. Nec aliud tribunum
in animorum vel familiarum casis
quam Patrum implorant: à quibus illi, si quæ lites de re agraria
de ædium fundo inter ipsos oriantur,
postulant sibi ius dici. Quod nullo supercilio vni, controvicias
partium familiaris iudicio componunt.
Hæc verò publici bona cura non in summis tantum rebus
ad Patres spectat; sed in minimis quoque & quotidianis laboribus
ut oracula consuluntur: sine quorum
auctoritate aliquid gessisse
pro piaculo inter ipsos habetur.
Nam postquam sub ortum diei diuinæ rei ciues omnes, quantum licet, interfueré;
ante Patrum ædem non aliter ac operæ, ad quem laborem ab heris emanuntur incertæ, diurni laboris pensum exspectant.
Vbi, quis illo die agrum colat, qui metat, quis peregrè, quis pescatum venatum nuncexeat, verbo, quod quisque ministerij genere diem vtiliter

iter traducat, ab ore Patrum ex-
piunt, tam in explendo Impe-
ij cuiusuis apice religiosi; vt
ueri Europæi ferulam magistri
unquam ita timeant, quæm Indi
s religiosi magistratus reuerean-

Ne autem nulli inter eos hono- Earum
incolis
collata
magis-
tratus
um gradus essent, quibus oppi-
ani discerent reuerentiam se de-
tere: ipsi etiam Indi cœpere quot. stratis
annis consulatum inire: præturâ
onari, alijsque dignitatis simula-
is honestari: vt nominum splen-
ore illecti pluris nouam rempu-
licam facerent; & in recenti
orpore suis cuique membro lo-
is esset. Verum præter sola ho-
rum insignia nihil ferè iuris ha-
nt, sed neque affectant: vt pro-
de nulli è magistratibus liceat,
sque Patruim auctoritate, quid-
am pro potestate statuere vel ab-
gare; ne quid insolentiâ mune-
parum cauti malo publico de-

cernant. Nihilominus in eâ publice
muneris personâ credi non potest
quam Indi magistratus se circum-
spiciant, & fasces sibi lictorum ma-
nibus præferri gaudeant, quos ip-
sū per priuati ad focum è siluâ tu-
lere. Et hoc solo discrimine Con-
sules ac Senatus à vulgo differunt
cæteroquin in re omnino nullâ, ne-

Omnia inter eos communia p[ro]p[ri]etatis. que fortunis diuersi: has enim ita
inter se ad Platonis mentem, im-
maiorum nostrorum exemplum
communes habent; vt, quod para-
doxum putes, nec diuitem illic ne-
pauperem inuenias: quod vestium
anopiam vix tecti, cibos, quibus abun-
dant, liberaliter cuicunque petent
inemptos, ut è communi penulari
giantur. Iam quā integritate inte-
se mutuò amicitiam colunt, eadem
pietate Numen & diuina veneran-
tur. Viris interdiu pro communione
causa laborantibus, manè pueri
vespere puellæ catechesi quotidie
erudiuntur: cui Dominicis ac loui-
diebus omnes intersunt,

Cœtus

Cœtus præterea Dei Matri sa-
os legibus æquè sanctis, & fer-
nctioribus exemplis, ac Europæi
lebrant. Quot mensibus animum
confessione saltem semel expiare,
quotidie B. Virginis coronam reci-
re, de rebus diuinis colloqui, Di-
os in quosuis menses sortiri, ægris
desse, flagellis corpus affligere,
on è legibus tantùm sed vsu apud
os discitur. Cælesti viaticum pari
pparatu ac frequentiâ ad ægros
efertur. Et si quæ sunt etiam adul-
æ alicubi religionis exempla, cu-
uscunque certè nationis inuidiâ
odie Indi orbi propinan; qui non
ta pridem humanæ diuinæque cul-
uræ impatientes, modò tam libe-
ales disciplinas ac artes omnes,
quam Numinis ac animi cultum
primis annis imbibunt; vt priora
empora cum præsentî felicitate
omparanti mirari libeat, tantillo
patio à quoquam addisci virtutes
potuisse, quantum vix putes vitijs,

ad quæ sponte à naturâ rapimur
suffectorum.

*Patrum
operâ
omnia
geri ne-
cissent.* Interim tantæ molis opus, quæ tota duorum Patrum humeris in cumbit (singulas enim Reductio nes non nisi bini Patres gubernant omnem propemodum quietem a vires sustinentibus adimitur. Nam præterquam quod salutis & re publicæ cura illos urgetur; nihil propè in humanâ Societate sing potest, cui non necesse sit, à Socij præter consilia manum quoque applicari. Et ne quid de vulgo usi tatis Patrum obsequijs dicam, tra standa sunt ægrorum ulcera; & medendi artem ignorantibus phar maca diluenda; nec raro incidere venam, omniaque officia morbidis ac mortuis præstare Patres oportet, quæ potius medici, aut ves spillones curarentur. Iisdem villa & agri tam œconomiae publicæ, quam salutis causâ obeundæ: ne quid ex officio boni viri aut agri colæ

olæ quidquam à Neophytis non
at.

Est tamen in hac ipsâ laborum
ge te præter illud supremum pro-
agati honoris diuini solatium
on minima laborantibus conso-
tio ; quòd videant enatos ex illâ
mente , quam tanto sudore hu-
iectârunt, culmos multiplici pro-
entu graues , in operas suas pro-
endere. Vix enim maiora reue-
ntiæ gratiique animi signa spe-
are aduersus bene meritos in cul-
ssimâ gente possis ; quâm Indi
nis moderatoribus pro meritorum
xistimatione priuatim ac publicè
stendunt : tunc præsertim , cùm
ut ex Europâ noua Patrum subsi-
dia , aut illorum maiores appel-
lunt. Cùm his annis P. Prouincialis
pro Societatis more illius Prouin-
iæ sedes obiret , aduentanti qua-
uor Indoru millia ex omnibus Pá-
ranæ colonijs educta ducentis lem.
bis honoris causâ obuiam proces-

*Gratus
Indoru
in patres
animus*

116 REDUCTIONVM

sere; ludicramque pugnam diuitiæ
vtrinque copijs ad militiæ suæ lo-
ges velut geminas classes commi-
tebant: quibus ad exactam naual
prœlij disciplinam solæ tunc ir-
defuerunt. Tum in littus egressi, a
vocum tibiarumque symphoniam
Europæis etiam auribus non insua-
uem, choreas ducebant in eâ genti
nec religiosis oculis indignas, v-
quibus damna honestatis ignoran-
tibus, Indi sæpe religionis ergo sa-
cerdiores dies exhilarant. Quacun-
que P. Provincialis incedebat, pe-
arcus triumphales transeundum illi-
fuit, quibus itinera distinguebant
arís latera claudentibus. Cùm in-
teriorim promiscuus applaudentium
Indorum concentus terrâ mariquæ
lætas voces & vnâ Patrem ad cæ-
Indorum lum efferrent. In arcubus autem il-
arcus lis nemo Patium marmor & opero-
trium-
phales. sè sculpta in faxis heroum facino-
ra exspectet: etsi ob operis ac men-
tis tam gratæ nouitatem ne Romæ
quidem

uidem quantamcunq; molem in-
deas. Quando igitur ob publi-
m inopiam pretiosis machinis il-
rum fortunæ planè sunt impares;
rater obsequij gratiam, manu
uoque operi pretium conciliant.
rcus enim ex arborum ramis in-
xtos rerum copiâ ut Amaltheum
ornu instruunt: è quorum fornice
sces assos crudosque, carnem fe-
nam eodem discrimine, pullos
allinarijs clausos, gallinas è collo
ispensas, struthionum oua, perdi-
s, versicolores aues, quibus illa-
gio abundat, vulpes item & canes
irabili varietate suspendunt. Nec
assimili ornatu columnas ac illa-
um bases ædificant, quibus tigri-
um, serpentum, aliarumque fera-
um exuuias, fæno ad viuentium
speciem fartas, ordine annexunt.
Hisce saccos interponunt edulijs
refertos, fiscinas insuper gossipio,
nilio Indico ac leguminibus ple-
ag. Et ne quid ad copiam desit,

F s ligneras

ligneras scutellas, vestes, arcus a
pharetras, quin corollas adeò pre
catorias, totamque supellectilē
ad insolentem structuram accumu
lant. Cuius tam liberali apparat
innuunt, se hospitis tam opta
commodis omnia sua in hoc œco
nomia compendio dedicasse.

Huic tantæ profusioni non mi
nores opes Pater reposuit; sed foi
tunis videlicet ex alio orbe allatis
vt erant hamī, acus, aciculæ, cultri
grana vitrea, & vestes nuditati no
luxui consulturæ, redimenda illi
hominis ingrati nota fuit. Si qui
bus ceram sacram, piām iconem
aut Diuorum lipsana dedisset, quo
libet auri aceruo potiora illis, ne
iniuriā, ea munera fuere. Ita gen
illa, quæ antehac ob insitam fero
ciam vel beneficia fuerat vt iniuria
vltura, iam nobiscum studio & hu
manitate certat: illosque vincit, quæ
rebus sacris infensi, totum orbem
contemptu Cælitum profanant.

Gratus

Gratus autem Indorum animus
 magis tunc enituit; cùm Annum sæ-
 cularem Societatis J E S V pari con-
 ventione ac ingenio celebrarunt.
 o enim tempore Reductionum
 nulla fuit, quæ non maximis labo-
 rum ac summæ in Societatem vo-
 luntatis impensis aut ludos ador-
 naret, etiam in nostris theatris vi-
 endos; aut arcus triumphales eo
 sumptu ac opere, quò suprà de-
 cripsi mus, adornaret; aut missi-
 um ignium læto fragore choreis-
 ue genti vstatis tota Páranæ &
 Vruicæ litora compleret. Nihil
 lenique prætermisere, quo Socie-
 tatis J E S V in se merita, suaque vi-
 lissim in eam studia testari pos-
 ent.

Veruntamen ut felicissimam se-
 nentem necdum tamen adultam
 subitæ pruinæ post serenas noctes
 exurunt: ita in hæc quoque sata,
 quæ iam in herbâ ridebant, cùm
 calum operis & agris faueret, gra-

*A Paus
iopolita-
nia iterū
vexan-
tiae.*

uis aliunde tempestas & tantum
non pernicies incubuit. Motum de-
nuo pietati bellum à Barbaris fuit,
ac ijs, qui Christianum nomen Bra-
silorum foedere ac Neophytorum
iniurijs maculârunt. De quorum
scelesto conatu, et si successu carue-
rit, initio diximus. Imminentis ve-
rò mali non vana præfigia incolas
admonuere. Colonia, quæ S. Tere-
siæ nomine ac tutelâ insignis erat,
primo hostium furori obijcienda,
prima quoq; sibi metuere ab osten-
tis iussa est. Pater, qui post meri-
diem finitâ catechesi ad templi li-
men subsistebat, audire sibi hor-
rendos inibi fremitus ac vocem vi-
debatur, templo ut iamiam con-
flagranti suppetias implorantis.
Aliunde multitudinis, quæ in tem-
plo morabatur, aures æquè feralis
sonus offendebat: cum alij tem-
plum ab imo conuelli, alij aduentare
equites, aut boues in templum
irruere, nusquam viso auctore au-
diren,

*Eius ma-
ti præfa-
gia.*

irent. Qui ominoso nuntio per-
territi ex æde, quæ seu vitio seu fa-
laboraret, lymphatis similes cer-
atim se ejciunt: cumque non satis
omnione ostium fugientibus pa-
eret; non habitâ decori ratione,
per reuulsas fenestrarum valvas, &
axatas parietum compages elabi-
ontendunt. Ita consternatos vix
euocare à metu licet minimè vano
acerdos potuit; cuius causam nec
pse quidem assequebatur: post-
quam inspecto diligenter pago ac
emplo campos circumiacentes sol-
licitè oculis emensus, nullum tem-
pli fatiscentis, aut foris aduentantis
mali indicium deprehendit. Nec
nitori portento S. Michaëlis colo-
ni trepidabant: cùm columnæ il-
lius templi è balsamo, siccâ omni-
no arbore, laboratæ interdiu in
multam usque noctem largo su-
dore, è summo manantes pauimen-
tum irrigarent. Accedebant excus-
ta inaudito fragore fulmina, & stel-

122 REDVCTIO ABOLITA

Iæ subducto per Ecclipsin sole pa-
lò post meridiem toto cælo visæ
Quæ prodigia quorsum pertine-
rent, euentus ut verior oraculorum
interpretes non ita multò pòst edo-
cuit: cùm Europæi prædones Bra-
silis permixti sitas Paraquarien-
sium in montibus colonias, ac dein
reliquam Paraquariam latrocinijs
ac incendijs miserè vastarunt. In
quâ incursione, quæ bonorum vir-
tus ac fortuna fuerit, singulæ sedes
docebunt.

REDVCTIO MON-
TANA S. TERESIÆ
ABOLITA.

*Loci a-
manitas
hostem
afficit.*
Inter omnes colonias hæc olim
princeps erat mille ac ducentis
familijs habitata: tellure illic mi-
tiore annonam tanto numero pa-
rem subministrante. Quæ soli cle-
mentia prædones simul ac Indos
in sui amorem plus æquo pellexit:
illis alieno nido insidiantibus, his
cùm

um & alienos vngues armis arce-
 e parantibus. Quocirca Patres, *Incole-*
 quod viderent, Indos Brasilorum
 iurijs ob agri fecunditatem ac vi-
 tiniam opportunos, nihil tuti ha-
 bituros, & posse cum loco etiam
 animos periclitari ; auctores illis
 fuere, vt securam animi corpo-
 rumque libertatem intutæ vber-
 ati posthaberent : magnas fortu-
 nas magnis periculis patere : &
 apes mellis causâ perire, nun-
 quam perimendas, si floribus &
 morto abstinerent. At Indis loci
 amœnitate captis amor parta reti-
 nendi compedes iniecit, vt mal-
 dent cuiuscunque periculi aleam
 potius, quam glebae tam fertilis ia-
 sturam subire. Quorum in facien-
 do commodorum delectu errorem
 Deus portento primùm, deinde
 hostili quoque ferro correxit. An-
 no igitur 1637. mense Decembri
 Dei Parentis imago, quam in Tere-
 sianæ sedis templo Paraquarien-
 ses

moniti
sedes il-
las dese-
rere, non
parento.

Inde pro-
digio
mgnisi.
ab hoste
arcen-
tur.

ses venerabantur, dextero oculo
quo Brasiliam respiciebat, lacrima-
ri visa, incolas insecuritatem vastatio-
nis metu suspendit: quam Europa
transfugae sequenti anno, illo ipso
die, quo Dei Matris imago prius la-
crimis madebat, illi coloniae intu-
lerunt, Indis quater millenis ad
miseram seruitutem abreptis: quo
in condendo oppido, quod Paulo.
politani moliebantur, ceu seruiles
operae ad laborem stimulis urge-
bant. Et quamuis mille Indi post
hoc damnum collectis à fugâ in-
colis hostem geminâ clade affe-
rint; nihil tamen illis tunc præter
victoriam extorsere, nondum ausi
Error
Indos
victores
efficit.
amissas sedes repetere. Cæterum
opportunus error tabellarij hosti-
les conatus ac animos eo maximè
tempore fregit, quo Indorum causa
credebatur propemodum profli-
gata; Litteras ille ferebat à P Petro
Romero ad Patrem colonijs uni-
uersis Praefectum, quibus eum ad
pro-

ropugnandam Indorum salutem,
c obijciendas hosti vires hortabā-
ur, vicissim pollicitus, propediem
e cum mille quingentorum Neo-
hytorum manu hostem totâ illâ
itione exacturum. Eæ litteræ ta-
pellario fortè cum impedimentis
ostium luctanti exciderant: quæ
Brasil - Europæis exceptæ ma-
no Indorum bono nostrorū con-
lia detexerunt. Hostis enim de se-
retâ Neophytorum molitione ad-
monitus longè timidior, & iam ani-
mis inferior, dum Paraquarienses
ugit, in tergum eos accersijt. Igi-
ur Neophyti bonâ causâ & hostili-
metu armati, ac minutis prœlijs
emper victores, predones ab vtro-
que flumine Páranâ & Vruaicâ lon-
gè submouère. Digni sanè Indi fue-
unt, quos fortuna denuo respice-
et, quam videri possint iniectâ ma-
nu ab hostium partibus reuocâsse.
Nemo enim facile prœlium inibat,
quïn priùs expiatus, capitalem ho-
stem

*Indorē
militum
pietas.*

126 REDVCTIO ABOLITA

stem animo eieciſſet. Multi cum a-
cu etiam genu flectebant, quoti-
librare in hostem telum parabant
crucemque ceu clypeum omnibus
iaculis obuerterebat, probius pu-
gnare docti, quam multi orare di-
cicerunt.

*Patreſ
hortan-
tur In-
dos, vt
intatam
patriam
deſerant.
vario
ſuccesſu.* Parta in hunc modum victoriā
ſedibusque recuperatis, nihilomi-
nus viſum Patribus fuit, è re &
commodo gentis fore, colonias il-
las, vtpote perpetuò ſub latronum
eiusmodi cultro hæſuras cum tu-
tioribus permutare; irritatam ſe-
mel impiorum hominum orexi-
post ferocem repulſam, vt ferè ne-
gatis acriùs iuſſimus, longè au-
diùs subtractæ fortunæ inhiatu-
ram. Abnuebant initio Neophyti
neque gratum illis erat, ex ijs ſe-
dibus emigrare, quas patrio iure
pridem ſuas, nunc etiam bello vin-
dicarent. Scilicet post victoriam
idem à victoribus agi, quod ante-
in hoste damnassent; ignemque
illo-

orum manu ædibus injicien-
tum, qui ijsdem lacertis structas
hostili flammâ seruâssent: ne-
que saltem se ad spes æquales ab-
sti; ut facilius idcirco vetera de-
runt, non nisi ad similem for-
nam transituri: luctandum sibi
um priorum temporum deside-
o, & præsentis soli infecundo
spite fore. Euicit tamen me-
or denique causa; ut Indi negle-
o commodorum studio, salutem
securitatem in consilio habe-
nt... Ergo in dictum diem vasa
olligunt, ducesque Patres secuti,
ad Paranæ fluuij ripas octoginta
ucarum itinere demigrant, iam
ijs antehac colonijs consitas. Ve-
lum ne tanquam prisca Hebræo-
rum fugientium ex Ægypto fasti-
ia redirent, pugnandum vehe-
menter Patribus aduersus præpo-
teram poenitudinem & itineris
molestias fuit: non paucis à tur-
i fugâ velut erraticis ouibus ad
armenta

armenta reuocatis, nondum v
pertæsos necesse insuper erat in
ficio continere. Sed maior fugie
tes insequendi labor erat, quo P
trum alter perfunctus, auias rup
& nemora studio indagandi sup
rabat: illic perfugas inuenit fan
propè cnectos, quos tandem con
meatu & blandâ oratione recre
tos, per easdem itineris molestia
per quas eò euadebat, secum redi
xit. Quod si nemo Indorum Patr
animi curis fatigâisset; poterant v
in corporum procurandâ salu
confici. Ut enim annonam tot mi
libus sufficerent, annixi Patres, nur
equis vecti, nunc pedites, pro Indo
rum pastu boues non secûs ac em
pta ad cogendum pecus mancipi
ad macellum agebant. Idem stu
dium ægris impenderunt, sollicit
quibus remedij morbi ac viæ mo
lestias leuarent.

Præibat interea P. Didacus Alua
rus (is qui postea ab Indorum ho
stibus

bus est, glande plumbeâ traie-
us (ad Páranæ Vruaicæque ripas,
portunas illic sedes aduenis que-
urus. Cui veteres Párañæ accolæ
uiam egressi, commeatum alia-
ne molestijs itinerum leuandis
absidia certatim adferebant. Iam-
ne octo tantum leucis extorres
nouâ coloniâ distabant; cùm hu-
manæ salutis hoste Patrum vltimis
sonatibus inuidente, omnes denuo
ados, quos in eam horam per ar-
num iter vt cunque in potestate
abuere, desperatio & pœnitudo
cessit, priscas sedes & cantilenam
e reditu ingeminantes: idque tan-
ta obstinatione, vt nemo vnuſ vel
tum pedem promoueret. Apertæ
contumaciæ in animis Indorum
ausarum vmbrae verius, quam cau-
æ latebant; quas illi ipsi per spe-
iem probè consulentium Neo-
hytis occinebant, qui in illorum
eruitutem coniurârunt. Qui ter-
ores in gente illâ nondum planè
aduer-

aduersus omnes calamitates ob-
matâ, saniora consilia, vt non id
profundas radices facile conuel-
B. V. ope bant. Quare Patres, cùm Indos
molliri suâniet causâ viderent inexorab-
Indorum les, ad Dei Matris aures ac ope-
animis appellabant; quam nuper, cù-
Barbari essent ab auitâ tellure aue-
lendi, promptam erant experta
Christi Filij negotium per Matrem
confecturi: cui utique cordi fore
duodecim millia (tot enim Indi
migrabant) in eius fide ac obse-
quijs contineri. Quid non Matre
blanditiæ possint? altero mane su-
ortum diei adsunt dynastæ omnes
suo & gentis vniuersæ nomine, ul-
tro polliciti, se reliquum itineri
Patrum arbitrio suscepuros. E-
st gloria tam optati successus inte-
gra penes alterum sextum esset, Vir-
ginis Lauretanæ sedi adscriptæ fe-
minę plurimum momenti ad emol-
liendas animorum & viarum acer-
bitates contulere. Suo quippe ex-
emplo,

nplō, vt quæ centum & amplius
ucis à Guagranā ditione Brasilo-
europæorum rabiem fugiebant,
aria solatia addiderunt ab huma-
tate & commiseratione petita.
Quin in partem laboris & feren-
orum onerum venisse non con-
ntæ, suilmet humeris ægros, vt
signam Christianā pietate sarcia-
m extulere, viris eā alacritate
ulierum ad eandem operam pro-
ocatis. Tandem igitur post tot
ala ac viarum iuxta mentiumque
nbiguarum anfractus Indi prope
Páram flumen confedere: cui
deinceps adsitas colonias
obibimus.

**

RE-

REDVCTIONE AD PARANÆ FLUVII LITORA SITÆ.

REDVCTIO S. IGNATII.

PRIMA hæc omnium fuit, et
 que hodie cultu morum præc-
 pua, à millenis incolis in trecent
 familias diuisa: in qua effrenes i-
 solentium Indorum animi ita coe-
 centur; ut Patres persuasi, eos alii
 freni omnis impatientes, huius lo-
 disciplinâ, velut alligatum Capri-
 fico furentem taurum, cicurari po-
 se, perdomandos huic sedi submit-
 tant. Incolæ à Societate exterorur
 & idcirco ab eorum vitijs quoqu
 remoti, domi feliciùs in virtute
 quam foris adolescunt: qui si extr
 suam ditionem, vt in alieno ele-
 mento, Christianis etiam heris iussi
 ac iure regio suam operam bime-
 stri spatio præstare coguntur; con-
 tagione

*Indi hæ.
ius loci
domi
meliores,
quam
foris.*

gione exterorum scelerum affla-
tarò meliores redeunt, seu alie-
s peccantium exemplis, seu suo-
e ingenio, quod domi tantùm
ingi est, extra suos fines corrupti.

uo ex horum numero in Patrum Patres
itium conspirârunt, pacti inter diuini-
tus à
morte
, vt ille venenum placentæ inco-
seret Patrum vni pro edulio ob-
udendæ; alter vinum eâdem pe-
e dilueret. Sed improbus cona-
s successu & morte caruit: vter-
ne enim Pater, Deo veneni vires
ompescénte ita euasit, vt hic im-
inè pransus virus cum placentâ
gesserit; alter cum Medico sume-
pestem nequiterit.

Cæterùm incolæ sunt ad virtu-
em nati, cuius natu os ductus suâ
c moderatorum industriâ perfi-
unt. Et hanc etiam pueri sibi ad-
ouent: è quibus unus pro cate-
nesi à Socio doctus, cauendum es-
; ne sumptâ SS. synaxi illico in
erram despueret, non multò pôst

G sumpto

Pueri in
SS. Eu-
charistia
reser-
ria,

sumpto cælesti pane sui immem
impudenter saliuam egessit. Se
mox agnito animi euagantis erro
non secus, ac si sacra obuiorum p
dibus calcanda abiecisset, sibi ind
gnatus obliuionem illam linguæ
quod ea instrumentū iniuriæ fui
set, illico vindicauit. Itaque in g
nua pronus, saliuam luto fec
aspersam posthabitā naufragia reso
psit: indeque ad Sacerdotis denu
pedes affusus, se tanti piaculi reu
absolui postulauit.

*Reguli
post ac
ceptum
Baptis-
tum &
lacritas.*

In adulta ætate reguli, Buera d
icti, septuagenario maioris mem
randa ad Christum transitio est, o
alacritatem Patris Neophyti, & fil
demerita insignis. Buera Pater ian
Baptismo elutus ob magnitudinem
lætitiae, quæ ei cælitus oriebatur
continere se non potuit; quin de
crepitus senex iuuenili imo regi
Dauidis more, iteratis saltibu
mentis hilaritatem proderet, to
annorum vitiorumque sarcinâ le
uatus.

tus. Dispar illi prorsus ingenium
filio eius Tataëndo fuit : qui
lā in Neophytes ac Socios cru-
litate celebris viginti ipsos an-
s Euangelij propagandi cursum,
ruaicæ fluminis oras crebris in-
sionibus infestans, morabatur,
christiani ac Patrum crux si-
ens, quem sibi aliquando è venis
ropinandum, identidem iacta-
vit. Sed filij scelestam vitam misé-
bili morte luentis casus patrem
exit : qui quòd videret nefas filio
uisse, Patrum sanguinem sitire,
robiori voto ab illis aquas expe-
jt.

Post animorum curam, corpo-
rum quoque rationem habuerunt:
uæ vt honestatem mentis possent
estium iniectu imitari, accitam ali-
nde gossipij colendi texendique
rtem Patres incolis tradidere, fe-
minis è fuso trahere fila doctis: vn-
e è Xyline lino contextæ vestes ex
ac sede omnem nuditatem sustu-
G 2 lere,

Nendi
& texen-
di artens
Indi &
Patribus
doctis.

lere, quæ olim huic genti non ta
tum familiaris, sed ob indument
rum inopiam necessaria fuit.

*Duorum
PP. lobis
tus &
virtus.* Ex hac coloniâ alias in cælum
vt spes est, bini Patres duxerè
Quorum prior P. Michaël de Sa
doual è Murciano regno oriundu
cùm in Indiam propediem solutu
rus in natali solo illam ipsam pl
team obiret, in quâ mater tunc ve
sabatur, illâ ante immensum it
insalutatâ maternas eges præterij
S. Francisci Xauerij exemplum i
sanguinis affectu æquè ac Indic
orbe Christo subiugando strenu
flectatus. SS. Triadi penitus addi
ctus eius festo die tres Indorum m
ferrimos lauto epulo exceptos ve
ste donauit; perpetuò animum a
eam vt ad suam originem interdi
reuocare solitus. Ardore animi
quo flagrabat ipse, omnes auditio
res accedit, pari studio corpor
imentesque Indorum tutatus. Ma
tri suæ pridem vates asserebat

à Deo

Deo Indorum sibi curam deman-
tam, certioremque se ab eo red-
tum fuisse, placidâ se morte de-
ncturum.

Posterior P. Andreas Valéra dis-
sedit vir magnis virtutibus orna-
tus, qui sibi tantum durus Dei ac
ominum amores in se excitauit.
Ininitus de mortis horâ admoni-
tus, adstantes omnes illâ hilaritate,
quâ cælitùs demulcebatur; asper-
t, palam inter ultima suspiria pro-
cessus, insolitas voluptates cælum
in illos depluere, qui sponte se In-
orum saluti consecrâssent.

REDVCTIO B. M. VIR- GINIS AB ANGELO SALVTATÆ.

Mille octoginta Indi quingentas
isthic ædes habitant, bene mo-
ratæ reipublicæ tam præclarum ex-
emplar, ut religiosæ propè virtutis
audem mereantur: tanto diuina-
rum rerum studio tenentur. So-

*Incolad
rū lau-
dati mea*

Ienne illis est, quotidie sacrifican
Sacerdoti bene manè adesse; pe
soluteoque diurni postmodum li
boris penso, ex agro ad templu
priùs, quām ad cānam festinar
vt illic ante cālestē cibū pro
strati, elapsi diei beneficia & su
cessus recolant. Nemo facilē nox
paulò grauioris conscientiā diu pa
titur mentem vrgeri; quin pro v
nia ad Sacerdotem accurrat. Ne
pauci sunt, qui toto anno nulliu
piaculi lethalis consciij, videri po
sint vitia non hebetudine mentis
verū studio integritatis ignorare

*RuRum apud vi
tium vi
gor.* Illud verò decus toti coloniæ com
mune est, fortasse paucis in orb
cultiori oppidis, nedum familijs
concessum; quòd nullum in ea re
publicā flagitij genus ita vigeat, v
impunē extollere ceruicem, tan
quam esset ciuitate donatum, in
ter illos possit: quā labe totæ ali
cubi vrbes laborant, à consuetu
dine grassantis cuiuspiam sceleri
inustā,

ustā. Isthic verò vitia, vt hospi-
sirrepere ausa, nunquam patiun-
r sedem figere. Iurandi quidem
us, ex Europa ab ijs aduectus, qui
rogare contrarijs exemplis inter-
dos debebant, sensim inualuit.
ed & hanc labem suæ virtutis mox
ostaserunt: postquam enim il-
us culpæ rei publicè sunt obiur-
ati; iurandi consuetudinem, vt
infame scelus, omnes rei iuxta &
nsontes totâ ditione non solis le-
gibus, sed peccandi desuetudine
proscripserunt. SS. Eucharistiam
magnis desiderijs per annum sæ-
pius expetunt. Hos inter Regulus
excelluit, qui cùm primùm diuini
epuli dulcedinem degustauit, in-
gentes ex hac cælesti annonâ vi-
res, in rebus aduersis quibuscum-
que illi suffecturas, accepit. Quip-
pe vix reduci se ad communem yi-
tam huius coloniæ passus est, cùm
amissis vnâ cum coniuge liberis,
quatuor fratribus, & toto famuli-

*Reguli
de SS.
Eucha-
ristia
existi-
matio*

tio, non tantum omni gemitu dolentis animi signis abstinuit; se illâ suâ almoniâ recreatus, vehementer optauit, clientes suos omnes, quorum imperium Christi se uituti & Cænæ posthabuit, ad idem conuiuum aduolare; gausurus si ad eandem mensam cum her mancipia accubarent: quam il vltra Cleopatræ gemmas dignar illo calamitatum aceto putauit,

*Sodaliū
B.V.vir.
tus.* Post Filij conuiuas Matri quo que suæ deliciæ fuere: quas mire ris, in hoc agrestium nuper animorum rure modò tam exquisitas; v credam istis nullas in Europâ Virginem Matrem præférre. Partheni Sodales non in Virginem modò sed legentes quoque illius Clientepij, ad instruendum ægrotantium focum ligna è saltu comportant, & vernarum instar ad omnia familia ministeria prompti, solatia cum cibis afferunt; quos necesse est ob gentis inopiam parùm lautos hisce ille-

illecebris condire. Quavis Domini-
nicâ die senis è Sodaliū cōetu æ-
grotorum ac pauperum cura deman-
datur; quibus incumbit, malè ha-
bentium ædes ac morbos explora-
re, ijsque bis quotidie de famis &
egritudinis remedijs prouidere.
Quam operam etiam egentibus
præstant: quos diligenter conqui-
stos corrogatâ stipe iuuant. Mor-
tuorum funera tantâ pietate ac fre-
quentiâ prosequuntur, ac sepeliunt,
ut Hispani quidam, qui fortè sepul-
turæ cuidam aderant, visâ Soda-
lium pietate, beatos se fore affir-
mârint, si eo loco possent vitam
exuere; vbi procul ab hæredum oc-
culto risu, mortuis, non fortunis
parentatur.

Puer decennis iam modulari Vir. *Musicæ*
ginis laudes doctus, quām impen- *pueri in*
diò venerabatur, cùm lethali mor- *B V. a-*
bo attineretur, bis ad Marianæ for-
mæ, quæ soli illi præstare visa est,
spectacula rapiebatur: à quibus

G s iterum

iterum sibi præsens, denuo visans
sibi DEI Matrem adstantibus non
videri, nec ad cælum se inuitant
vocem audiri, mirabatur. Tandem
in MARIAE, ut præsentis, laudes ac
formam supremâ apostrophe con-
uersus, ridentique similis anima
exhalauit, nostram vanitatem illin-
etiam è cælo risurus.

Non tacenda sunt in Teresiano
aduenas incolarum officia, quibus
per octoginta leucas patriam fu-
gientibus communes passim domo
mensamque offerebant, tantâ ala-
critate; ut, dum saltibus extirpati
agrorum spatia fierent pro noui
colonis ampliora, suos ipsi agellos
hospitibus gratis cederent, suâ ma-
nu & femente serendos. Eam chari-
tatem finitimus quoque colonijs ex-
hibuerunt: quibus ob temporum
malignitatem commeatu laboran-
tibus suppetias miserunt, nullâ re-
nisi precibns emptas: quod maior
eos virtutis quam lucri amor nihil
venale

venale toleret; magno Europæo-
rum rubore, qui publicam egesta-
tem ac annonæ caritatem pro com-
pendio suæ fortunæ exoptant.

REDVCTIO B. V. PV- RIFICATÆ, VVLGO CANDELARIA.

Mille quadraginta capita tre-
centæ & quadragenæ familiæ
numerant. Vicinis municipijs ma-
gnâ alimentorum ac frumenti ino-
piâ laborantibus hæc sedes præ cæ-
teris illustri exemplo, vt & com-
modo succurrit. Etenim cùm aliæ
coloniæ pro satione cuperent hinc
sibi frumentum suppeditari: etsi
ne his quidem granum pro semente
ad propellendam anni insequentis
penuriam sufficeret; certi tamen,
quodcunque rei frumentariæ in-
commodum potiùs, quām illibe-
ralis animi notam tolerare, largè
illis fruges subministrarunt. Sed
vt Deo ac virtuti nihil deest; illa
sementis profusio semen, non ia-

*Incola-
rum in-
egentes
liberali-
tati.*

*Mirè
compens-
satio.*

ctura fuit: postridie enim summa
mane in ripâ fluminis hærere cym-
ba visa est frumento plena, quæ ru-
pto fune alicubi fortè ignaris elat-
psa, in hoc littore substitit, velut ad
spectaculum tantæ liberalitatîs hæ-
reret, artemque orbi traderet, qua-
posset in miseros effusa sementi-
vnâ nocte crescere.

Inde con-
ingu ge-
mina
mors &
legatio
ad B.V.
Sedales.

Priuatæ inopiæ aliud remedium
in filiuâ maritus cum coniuge quæ-
suit, agro spem fallente. In densi-
tate longius à coniuge digressa, à
trito calle & mariti conspectu si-
mul ac auribus tam procùl auelle-
batur; vt amissâ viâ & marito ia-
cturam denique vitæ inter feras ti-
meret. Verùm à Socijs olim docta,
in aduersis rebus cæli hanuam pul-
fare, Magnæ Matris opem implo-
rat: quæ quamprimum submissi è
cælo ephebi operâ feminam è La-
byrintho educit, iussam à cæli an-
tustâ semitâ non aberrare. Vix do-
mum

num rediit, cùm à morbo subitò
ppressa, octo ipsis horis pro mor-
bi iacuit. Inde sui paulatim com-
os Patriè Societate accersito san-
tè affirmauit, se antè reuerà mor-
bum per DEI Matrem vitæ repe-
ndæ gratiam obtinuisse; vt illuc
naculas quasdam, quas oblita fuit
sim enarrare, Sacerdoti manifesta-
ret, ritè ante supremam horam elu-
endas. Addidit, se alijs præterea
mandatis instructam, quæ Parthe-
nijs Sodalibus explicaret: Dei Pa-
rentem videlicet vehementer pie-
cate Clientum studioque virtutum
delectari: pérgerent modò bene
cœptis insistere, alijs etiam in So-
ciatem pulcherrimi fœderis alle-
ctis: se tam morigeris filijs nihil
Matris negaturam. Quâ adhorta-
tione incitati Sodales, qui iube-
bantur ei legationi coram adesse,
multò ardentius animos, licet antè
calentes, DEI Matris & honesti
amore incenderunt. At mulier le-

gatione suâ defuncta, vt iter reperteret, quod tantisper ad terras seipsam obibat, cœlesti viatico priuinstrui, ac Sodalium illorum volu numero adscribi. Iamque vtriusque voti, & veniæ, cuius causâ iterum viuebat, compos inter abstinentiam lacrimas & pia suspiria, de novo vitam & corpus deseruit.

REDVCTIO SS. COS MÆ ET DAMIANI.

*Incola
huc ac
eensis in
patria
adibus
migrâ-
runt.*

POstquam pestis ultimo triennio quadringentos Indos, & in his teneriori ætate centum ac triceno abstulit; adhuc tamen quingenta familiae supersunt, in quibus bimille capita censemur. Porrò has quoque colonias incredibili sudore Patres ad hanc stationem duxerunt, Indis huc post magnam contentionem è patria tellure migrantibus: qui quod pari cum prioribus persuasione patriæque amore laborarent, eadem quoque medi cinâ

nâ conualuêre. Igitur ipso Christo à morte Resurgentis festo die eophyti quoque suis è finibus, non aliter quâm è tumulis exciti, in am se dederunt. Et ne soli patrij considerium fugientes posset ad re- litum vrgere; iniecto desertis & di- us igne, vt olim Heluetij, redituam quandoque remeandi cupiditatem illis flammis extinxere.

Ad recentes accolas non ita mulier pòst Inda mulier accessit, non ponte suâ ad illos fines delata. Ille enim seruitutis impatiens, ad quam erat aliunde abstracta, simulque peregrinum idioma & solum exosa, clam se ac vnâ infantem ex herili domo proripiens, cymbam forte ad litus hærentem conscendit; seq; nautâ & nauigandi peritijâ de- stitutam Pâtanæ & fortunæ com- misit. Patres præterfluentis nauigij soliditudinem conspicientes, vi- sam eminus mulierem ad ripam & inde ad templum inuitant; quæ an- te hac

Mater
cum fi-
lio ser-
uata.

tehac diuini cultūs & Guairán
linguæ nescia vtrumque Patribi
adnitentibus spe citiùs est compli-
xa. Tum Christianæ legis honesta-
tem admirata, vltro ablui salutari
vndā, adscribiq[ue] Christi gregi vo-
luit. Quæ paucis post cælesti laua-
crum diebus cum filio, quem eo
dem fonte tingi voluit, mortua-
quæsitam in vndā salutem reperit

REDVCTIO S. ANNÆ.

QVINQUAGENI supra octingen-
tos è montibus & barbarie sub-
D. Annæ auspicijs per centum leu-
cas adducti, hîc sedem fixere. Dif-
ficultissimum initio fuit, gentem pa-
tria cælo assuetam ad vltroneum
exilium inducere. Hinc sanis Pa-
trum suasionibus irati, per auios
saltus & intima nemorum eam can-
tilenam fugiebant, cum feris potius
quam extra patriam victuri. At Pa-
tres quos grauissimè præpostera In-
dorum

*Ad iter
ineundū
difficiles.*

orum fuga affligebat, omnes pa-
m siluas & agros per omnes cæli-
c viarum iniurias peruagati, dis-
persum gregem quibuscunque po-
uere lenocinijs colligere niteban-
tur; nullo aliquamdiu successu.
Quin efferatis beneficio Barbaris,
nonnulli Patres, ut importunos ex-
actores noctu ex insidijs tollere è
medio laborârunt; nisi Patres, in-
certi auctoris voce fuissent aduer-
sus sicarios iussi excubias agere.
Sed melior tandem causa & Patrum Paulò
post corse
stanter
iter in
excep.
constantia Indorum peruicaciam
subegit: ut è cauernis arbustisque
extracti ad Vruaicæ priùs litora,
deinde quod genti illi parùm salu-
bris illic aura esset, ad Páranæ ripas
mouerent. Eandem verò obstina-
tionem, quâ patriæ nuper amorem
retinuere, in deuorandis itinerum
morborumque molestijs seruarunt
meliori deinceps nomine dignam:
quin mutuò se ad tolerantiam ex-
hortati sunt, ne quis pedem à com-
muni

muni consilio ac viâ referret. Æg
quoque quamuis sua cùique sarcin
gravis esset, humeros commod
Iudi cha-
ris Ba-
ptismo
salitus
compen-
sato.
runt. Quo genere obsequij Ind
nondum Christo initiatus, quæ
ægrum in tergum admisisset, pi
sudoris sui pretio Christi iugum a
cepit. Morbo enim eodē, quo per
dens à tergo Indus tenebatur, etiam
baiulus tentatus, nusquam poste
nisi animo conualuit. Desperat
itaque alijs remedij, quibus co
pus restitueretur, animo consultur
Pater ibat: Indumq; iam probè ex
cultū admouere salutaribus vndi
parabat. Periculū tamen constan
tiæ Pater facturus, quando tantis
per censuit ægro à morte inducia
concessum iri, Baptismum in se
quentem diem decernit. Verùm
ut maturitas frugum, ita consilio
rum quoque cælo debetur. Pater
enim tanquam re bene composita
inde discessurus, ire diuinitus pro
hibetur; soloque affixus velut cir
culo

lo circumsciberetur, accelerare
egotium iubetur. Quām primū
go Indū ritē vndis abluit: qui im-
inenti nocte iam cælo maturus,
emīnāq; scelerum atque corporis
arcinā leuior ad Superos euolauit.

Cateri semel in omnem casum
bfirmati, omnes posthac erumnas,
quas vel fames vel lues plurimis in-
terebat, salutis amore fortiter ex-
antlārunt, nullis malè consulen-
tū technis ad turpem fugam à re-
sto tramite abducendi: præsertim
postquam tristi documento didi-
cere, cælitus vindicatos eiusmodi
consultorum conatus fuisse. Inda
femina diu adnixa erat asseclas pa-
triæ amore fascinare, cogitati iti-
neris comites habitura. Sed non ni-
si duobus in consilij viæque socie-
tatem inductis comitata, tigridi in
prædam cessit: comites incertum
quo fato perempti, à transeuntibus
inuenti sunt in agro computruisse:
ne corruptis animis corpori quid-
quam melius eueniret.

Alij

*Animi
sura po.
sior Indu
quam
corporis.* Alij non fugâ sed inediâ, quæ
loniam nouam grauiter exercu-
vrgente, in siluis cogebantur fan-
remedia quærere: vbi multi a-
pabuli inopiat, aut quod ignari v-
nenum pro alimento è pomis a-
radicibus exugerent, ita periére:
postquam senserunt, concepto in-
tra viscera veneno, se morituros
nihil moriendi necessitate offendit
animi rationem haberent; qui v-
possent omni peste absolui, sæp
morbidi ægra corpora ad Sacer-
dotum tribunalia trahebant, nun-
quam aduersus mortis pericula pe-
dem moturi: adeò & viribus defi-
ciebant, & morti, quæ Christi cau-
sa laborantibus superueniret, tam
optatæ obicem ponere, religioni
sibi ducebant.

*Parentes
in filios
correcta
benitas.* Porrò Indi, antequam Christiana
sacra suscepissent, liberorum a-
more insaniuerunt; quem solâ in-
dulgentiâ definiebant, rati, si filio
ferulam aut pugnum intentarent,
paren-

rentum se gradu deiectos, carni-
inam exercere. Quà lenitate iu-
uentus suopse ingenio effrenis, la-
citatibus insuper habenis ad licentiam
citabatur. At vñà cum Christo
iam iustum in filios seueritatem
induere: quos honesti fines & ma-
iorum iussa transilire ausos, etiam
agellis corripiunt: vt olim qui-
em licentiæ puerili, nunc verò ri-
ori parentum quandoque freno
t opus.

REDVCTIO B. VIR- GINIS LAVRETANÆ.

N quadringentis domicilijs mille
quingenti Indi hoc loco nume-
rantur. Hospitalitatem in eos, qui *Summa
incolarii
in adue-
nas cha-
ritatis.*
hostiū rabiem Patrum dūctu euitā-
runt, nemo sanctiū coluit: tanquā
ingeniū & facultates omnes publi-
cæ miserorum charitati deberent.
Nam ne aduentantibus agrorum
fundi deessent, spontaneæ operæ
saltus priùs exciderunt, agrosque
situ

situ & spinis horrentes pro not
colonis purgârunt. Inde sex leuc
rum spatio progressi obuiam, ir
minentes iam hospites ac exter
eâ humanitate salutârunt, quâ n
inter amicissimos, aut religiose
maiorem desideres. Vbi enim
conspectum mutuò venerunt; ciu
Lauretani diu præ gaudij magu
tudine elingues, solisque lacrimi
quas, dum vox rediret, pro verbis
fundebant, diserti, tandem in mu
tuos amplexus ruerunt. Ut diceres
eos aut in homines de cælo lapsos
aut in propinquorum diu absen
tium colla incidisse. Tum illo offi
cio perfuncti, aduenarum corpora
allato commeatu refecere: dum
instauratis viribus reliquum itine
ris inter obuiorum manus confice
rent. Hic noua contentio exorie
batur; dum quilibet è colonis ad
uentantium sibi sarcinas deposuit,
feminis liberos, viris onera tergo
imponentibus. Ægri verò retibus,
quæ

æ ipsi Amaccas appellant, gen-
more ut lecticâ excepti, à ge-
entibus inquilinis deportaban-
r. In qua propè inaudita publi-
qué charitate poterant sanè exu-
s patriæ obliuisci, vel verius om-
um maximè meminisse: cùm
oud exteris nec parentum studia
esiderarent.

Cæterū quām in hospites fuē-
e officiosi, tam in Deum ac Cælitē-
ij esse contenderunt. Si qui ve-
ò muneri suo deessent, diuinitus
onnunquam intentatis orci sup-
licijs admoniti resipuerent. DEI
Matri sunt imprimis deuoti: cu-
us templum pro oraculo & asylo
habent. Puellæ morti vicinæ sani-
atem auia, neptem sibi percharam
eruatura, Deiparæ multis preci-
bus commendabat, munus illius
paræ pollicita, si conualuisset. Cui
virguncula, illius consilij facta cer-
tior, inutile vitæ caducæ studium
exprobrans, cur, inquit, felicitati
meæ

*Pueræ
moritua-
ra vetas
pro sua
incolue-
mitato.
veta fio-
ri.*

meæ inimicæ vitam intempesti
precibus mihi prorogas? an c
mori me cupis? si Virgini Ma
pfo me munus destinas, me offer
vt salutem nacta, ex eius collo fil
& anathema pendeam. Quintu
ctius me mori certam templo i
fers; vt tumulo propior Sacerde
tem mihi morituræ bene preca
iubeam. Sapienti oratione nept
avia permota, voti neglecta vlt
riori cura, pueram ad ædem sa
cram detulit, ubi vt primum Pate
ducta in Crucis formam manu
bene fuit precatus; in auia sinum
aut potius magnæ Matris, innoxium
spiritum exhalauit.

*B. Virginis ope
puellus sanatur.* Eodem beneficio Virginis mor
tem nepos euasit, quo neptis vitam
deseruit. Is iam conclamatus, cùm
aquâ aspergeretur è linteo expre
sâ, quo Deiparæ illic sculptæ facies
extergebatur, eius attactu sine mo
râ conualuit. Quem deinde vt vo
tiuum munus novo inuento Deipa
ra

*Nouum
genus pie
tatis in
B.V.*

dedicârunt : pluribus illo exem-
to se Matris Dei obsequio deuo-
centibus ; qui omnes in illa pieta-
tâ teneris Patrum studio adole-
unt.

Ad huius Reductionis præci-
am laudem Gubernatoris Hispa-
commendatio spectat , qui ab Hi-
aniarum Rege oras illas obire
ssus , cùm festo Christi nati die rei
uinæ hîc loci interesset , ac præ-
ns templi per ampli atque altaris
natum , suauem vocum tibiarum
liumque concentum , Indorum
odestiam ac pietatem , honestum-
e corporis cultum coram esset
miratus ; admiratus insolitum
dendorem afferuit , se neque Ma-
riti , et si Regis illic Hispani regiam
ret , maiora exspectasse . Ad Pa-
s deinde conuersus , gratias illo-
m operosæ charitati habuit : cu-
s amplissimos fructus , vt ocula-
s testis , recepit se Regi disertis
teris laudaturum .

H R E .

REDVCTIO S. IGN
TII, VVLGÒ YABE-
B VYRÌ.

INcolæ septingenti sexageni si-
pra mille, quadringentas & odi-
familias efficiunt. Horum quoq[ue]
oppidanorum in exules charit-
priorum exemplo enituit, vt enclo-
mia Lauretanis incolis apposita ij-
dem verbis adscribi necesse fore
nisi possent eadem laudes, lucerna-
rum more nihil imminutæ, plurium
virtutes illustrare. Eius liberalita-
tis stimuli ab ingenuo Christiano
officij amore profecti poterant se-
uerioribus quoque documentis ex-
acui. Inda mulier fuit, à publica
*Tenaci-
tate in
ogenos
punita.*
virtute degener, quæ aduenis pe-
num ac ædes, quin & aures ad om-
nes eam implorantium preces oc-
clusit: nec impunè illi esse auar-
licuit. Cùm enim foris lignum se-
curi succidere laborat, ramus in
eius caput excussus grauiter femi-
nam

nam solo afflitit; ut capit is offendæ dolore semianimis diu iaceret. Ad se deinde reuersa, illo ictu, quo se damnatam priscaæ tenacitatis pugnabat, penitus resipuit. Agnito proin' errore, illius propè capitale supplicium & causam Patri fassa ac sollicita est, se vtpote in suo capite doctam, quantum durities noveret, imposterum in miseros faciem fore.

Grauius castigata adolescentis Rei at-
pertinacia fuit, qui alijs festo die ninan-
ei diuinæ causâ è silua, vbi feras gleam
& fructus ad propellendam famem graniter
castiga-
tus. effectabantur, ad templum pro-
perantibus, ipse solus restitabat,
non sine conuictio redeuntium. ia-
stare ausus, ventrem sibi antè quam
Numen placandum: à foco se ad
iras iturum; quæ si seipsum negli-
ceret, Numinis iras facilius, quam
amis rabiem mitigarent. Sic mi-
ser, dum desertus à socijs & bonâ
mente annonam inquirit, tigridi

se saginat : à quâ sub eius diei occa-
sum laceratus , gulam feræ expla-
uit ; cùm interim ipse feras alieno
tempore suæ destinâsse ; reliquis
hesterni macelli hinc inde postri-
die in siluâ iacentibus . Rectius mi-
ser in templo esurijsset ; quàm vt
ipse cænanti belluæ pro conuiuâ ci-
bus esset.

*Serpens
rroris
Indos
admones.* Aliorum venatio scelere non
item periculo caruit . Indi aliquot
absumpto commeatu , in venatione
feram asscuti , ad epulas ex eâ præ-
dâ paratas in virenti cespite , loco
mensæ , accubuerunt , oblii , illius
diei religione se carnium esu pro-
hiberi . Necdum manus ac dentes
ferinæ intulerunt : en subitò ser-
pens inter conuiuas medius adre-
pit . Quem monitorem neglecti ie-
junij veriti , carnem præ illius ve-
neno detestantur ; serpente poste-
ros à gulâ & scelere dehortante ,
qui primos generis humani aucto-
res ad nefas induxit .

Alius

Alius è Neophytis desperato
 norbi remedio mortem opperie-
 tatur. Interea quiescentem insolitum
 us terror & tetramonstra adorium
 ur; à quibus iamiam in puteum
 lammarum globos eructantem de-
 jciendum, iuuenis cælesti formâ
 onspicuus ab exitio redemit: &
 Neophytum allocutus, paratum tibi,
 inquit, malum erat, nisi Deus
 uam conditionem miseratus, tor-
 orum, qui te medium corripiere,
 vnguis eripuisset; vt Sacerdotis
 operâ causas omnes concepti in te
 uoris in viuis aboleres. Post tam
 ristem quietem vigil æger iubet
 quamprimum Patrem adesse; cui
 periculi priùs à se superati sum-
 nam exponit. Pater suspicatus,
 hominem latentis culpæ consciūm,
 olim dissimulato coram Sacerdote
 vulnere, hanc in se tempestatem
 concitasse, sciscitatur, num noxa-
 rum aliquam turpi silentio inter-
 confitendum suppressisset. At In-

H 3 dus

dus semel ac iterum rogatus con-
stanter asseuerabat, fide se optimi-
ores animi plagas pro confessio-
ne Sacerdoti solitum explicare.
Inde Pater diu conatus ab ægris
veram mali originem elicere, cùm
nullis quæstionibus quidquam ef-
ficeret; casu inter colloquendū
de Baptismo mentionem intulit.
Cuius vix audito nomine, æge
Dei salutis obicem prodentis con-
filiū dilaudans, disertè edixit
nunquam se sacro fonte fuisse ini-
tiatum: se adhuc puerum à Chri-
stiano prædone cum matre in fer-
mitutem abreptum, ab omni Chri-
sti cultū alienum vixisse: illic si-
inane Petri nomen sicco prædoni-
ore, sine fructu Christianæ nomen-
claturæ nactum, sensim adoleuis-
se. Ad hanc deinde coloniam tra-
ductum, quod audisset olim Ba-
ptismum in vindis conferri, quoties-
lustrali aquâ esset cum reliqui
aspersus, pro salutis fonte illam se
asper-

dispersionem habuisse. Modò deprehensum errorem ac cætera vitæ præteritæ errata cupere se vndis ritè à Sacerdote ablui. Pater plurimum illo indicio recreatus absque mora periclitantem Indum salutis aquâ perfudit. Qui ex animi corporisque inualetudine mox ita conualuit; vt multùm ab illo mutatus, ob adscitam morum tranquillitatem apud omnes esset cum primis gratosus; quem tamen antea ferocem & nulli amicum, nemmo nisi patiens tolerauit. Adeò Dei ac hominum iras aquæ pugilus extinguit.

In altero etiam sexu similem errorrem Pater emendauit. Inda enim mulier sexagenaria, integræ vitæ, quam illa sæpius excutere solita, nunquam potuit nisi leuum erratorum accusare, cùm ægra decumberet; ferale monstrum ex aduerso conspexit; quod post iactatas minas

maleficium terrori adiecit, iugul
anūs ita compresso, ut ægrè vocer
ad inuocandum JESV noīnen exp
diret. Quo audito fugata larua
vestigium non ficti timoris in coll
postmodum rauco reliquit. Mulie
insolentem hospitem mirata, cu
semper domicilium negāset, apu
Sacerdotem nostrum de orci ty
rannide conqueritur. Tum ille
cùm nihil planè vitij in eius anim
latere, post accuratum examen
agnouit; percontatus ab illâ est
num certa omnino esset, salutari s
vndâ perfusam: quâ dubitante
Pater eius familiares allocutus
comperit, olim Hispanum quen
dam maiori pietate quâm doctrinâ
instructum, nullâ præuiâ catechesi,
quibuslibet Indis in Guagaranâ orâ
promiscuè aquas affudisse, etiam
post illud lauacrum illotis, quòd
in scitiâ solennium verborum labo
rans, aquis superfusis illa verba ad
deret: *Ego vos Christianos facio in no
mine*

nine Patris & Filij, nullâ Spiritûs S.
Factâ mentione, quo tamen æquè
animari hæc vnda debuit. Adiun-
gebant: cæteros Indos à Patribus
cognito errore fuisse denuo san-
ctius elutos: hanc verò solam,
quòd tunc esset, primi erroris dam-
na nondum expiâsse. His auditis
confestim Pater Baptismum expe-
dit: quo tincta mulier paulò pòst
exspirauit: ne semel probè lota, si
superuiueret, iterum se nostro luto
inquinaret.

Mirandum non minùs est, Soda- *Sodalit.*
lem Parthenium vitam ita potuisse *B.V. in-*
toto trimestri à sordibus immunem
agere; vt rogatus à Patribus, num
iuxta Marianas leges quot mensi-
bus se reum Sacerdoti stiterit, in-
genue sit fassus, tertium iam men-
sem se illud tribunal non accessisse,
quòd post longam quæstionem,
quam in se frequenter ac rigidè ex-
ercebat, ne in ipsâ quidem cogita-
tione umbram culpæ agnouerit.

H 5 Felix.

Felix, si ob eam causam rem multi quotidie necessariam potuit in totos annos differre.

*Felix post
oli me-
moria.* Post omnes ætates etiam infinitam laudemus. Hoc puellus quadrimus promeruit, qui felicitat memoriæ omnia Fidei nostræ eleminta, & cæchesin totam, prece adhæc Deiparae orbiculis adnumerandas, aliaque multa complexus eadem nunquam fallente lingua ordine depromit. Cuius in addiscendo celeritati cæteræ quoque animi ante ætatem maturi facultates respondent. Id quod in hac gente, quæ antehac stupiditatis notabatur, & etiamnum lente adolefcit, pro miraculo inter consciós iure habetur.

REDVCTIO

S. CAROLI.

SExcentæ familiæ, & in ijs ter mil. Ile Indi post funestam famem superstites, multos profectò suorum ciuium tumularunt: qui vltimâ inediâ

diā confecti, & tatis decrepitæ, aut
ondum firmæ vitio prohibeban-
tur vitæ subsidia in saltibus indaga-
re. In senes enim potissimum ac in-
simam ætatem hæc lues desæuijt.
Pueri quoquæ remedio famem
propulsaturi, è sterquilinijs crudel-
corij segmenta, & purulenta ossium
fragmina rodebant, alimentum vix
belluis tolerandum. Quâ calamiti-
tate digniores idcirco videantur;
quod Christianam peritiam naœti,
quid esset è rebus aduersis commo-
di eliciendum, tam dextrè sinistris
sint rebus usi. Nemo ex omni nu-
mero audiebatur diuinis consilijs
obloqui, aut de poenæ velut om-
nem culparum mensuram exceden-
tis magnitudine conqueri: sed univer-
si ad nutum Numinis facti, hæc
mala ut insignia futuræ felicitatis
ac præsentis Dei agnouere. Neque
fami quantumvis urgenti remediu-
m admisere, quod virtuti obsta-
ret. Quâ in re æternâ memoriâ di-

*Neophy-
torum
in signis
toleran-
tia.*

*Inde
mulieris
pudici-
zia.*

gnum facinus Inda mulier edidit
quæ alimentis omnibus destituta
oblatum à proco cum annonâ vi-
tium tam fortiter vtrumque reie-
cit; vt, si aliter vitam tueri, quā
cum pudoris iacturā non posset
decreuerit potius pudica præ fame
mori, quā vitam sceleri debere;
rectè persuasa, pudorem in re lautâ
rarò vegetum, inediâ sustentari.
Stipem dein', quam ab impurâ ma-
nu oblatam respuit, à Virgine Ma-
tre postulauit: à quâ num vitæ sub-
sidium an mortem illâ victoriâ di-
gnam tunc impetrârit, annales non
memorant_. Certè vt in maximis
malis excidere nobis minorum sen-
sus assolet: ita hæc heroina, cùm
vidit honestatem, vt rem sibi omni
vitâ chariorem periclitari, egestatis
oblita, facilè inediâ tolerauit.

*Pugna
caſtitati.*

Sæpius hoc loco integritas tri-
umphauit. Ut enim puellam ta-
ceam, quæ comam eleganter pe-
xam, vt suæ ac alienæ pudicitia la-
queos,

queos, neglectâ formæ gratiâ sponte abscidit. Fuit, qui cùm sentiret flammis parùm honestis animum ta accendi, ut gliscentem calorem copire nullis iam remedijs posset; ignes fugandos ignibus ratus, ut cuneus cuneo pellitur, manum fo- co immisit, pudicitiae sacrum facturus: quam in flammis eosque im- motam retinuit; dum inhonestus calor à vindice flammâ fugatus to- to Christiani herois animo exula- ret. Ne quis putet, scæuolas alteri etiam orbi deesse, qui longè fortio- res dexteram non erroris ream, sed virtutis vindicem ad rogum con- demnent.

Iuuenis alter planè reus ita suum flagitium, quod præcipiti cupidi- tate abreptus, honestati intulerat, expiauit, ut etiam ille, si non pec- casset, facturus minus possit videri. Nam suo sceleri minimè licet me- ditato grauiter indignatus, inustam labem varijs tormentis eradere la-

*Christia-
nus Scæ-
uola*

*Iuuenis
sui pec-
cati vina-
dex.*

borabat, nullâ parte corporis impunè abire permissâ , in qua non suum crimen acerbis supplicijs puniret. Ne facie quidem abstinuit, quâm fœdè vnguibus exarata pugnis contudit, liuore totius vultus vindicatæ noxæ vestigia prodente, Tam atrociter à se multatus ad Sacerdotem accurrit: cui quanto dolore se accusârit, vel è supplicijs discas, quæ non exspectatâ sententia iudicis, ante tribunal sibi intulit, à se priùs condemnatus, quâm iudex absolueret.

Vltronæ famæ. Atque hanc vim non rei modò sed insontes quoque sibi inferunt. Quippe, quod propè fidem exceedit, Indi antè fame emaciati, vltronea sibi iejunia indixere, docti etiam inter alimenta esurire: ac flagris armati extantia ossa verius quam carnem castigârunt. Sed paucò post esurie exhausta corpora febris accedit; cuius æstu efferati ægri, ac sui impotes phanaticorum more

ore campos ac silvas pererrant, misero spectaculo, quod Paribus lacrimas & sudorem exprimeret: cum ægris ad suas sedes & nimos reuocandis dies noctesque omnes saltus obirent; in id etiam intenti, ne Indi temerè vagati vipearū aut tigridum morsu læderentur. Tigridis sanè bis sibi insultantis abiē Indus adhuc valens non alijs armis quam crucis signo euasit: cuius aspectu fugata fera, quæ nuper ados crucem fugientes absumpsit, amplectenti, dato signo pepercit.

R E D V C T I O

S. JOSEPHI.

Mille quingenti hunc agrum collunt, in quadringentas quinquaginta familias diuisi. Brasili-Europorum furorem Patrum horatatu Indis fugere parantibus, quidam ex illa gente primò grauiter obluctabatur, publicæ profectio- ni ob priuatam sed necessariam iacturam infensus; quod pellicem ab

*Patrum
& mi-
gratio-
ne ope-
remenda-
tum.*

ab illo Patres ad honestatis amorem abstraxissent. Inde offensâ i publicæ rei malum redundantem cursum omnem destinati iteris, ceu remora, inhibuit; qui, verat, Patrum se hostem iuratum non sine ritu profitebatur. Facientes enim splenio ac rubricâ deformabant: quo habitu iniuriarum vindictes inter hos Indos visendi, emplastrum in capite, velut alieno vulnери paratum, circumferunt. Ita irarum notis, quibus vultum ac oculos incenderat, quam accito terrore ferocior, arcu & sagittis obarmatus ad Patres irruit. Illi piam pro Dei causâ mortem reuerenter excepturi, in genua procumbunt, ceruice ac pectore ad lanienam nudato. Quâ moriendi promptitudine barbarus attonitus, tanquam si esset armis repulsus, in suum mapale redijt. At Patres singulari Dei beneficio seruati expedire iudicârunt, post exhibitum barbaro Christianæ

*Ritus
profite-
di odium.*

ianæ patientiæ documentum, po-
estate vti. Quare clàm collectâ
Neophytorum manu domi quie-
centem turbatorem, ac nihil mi-
nis quàm vim metuentem, vin-
tum iubent custodiæ tradi, sed
am clementi; vt in cæteris huma-
niter habitus, tantummodo coge-
etur tantisper, rebus non integris,
publico & seditione abstinere. In
illo secessu potiùs quàm carcere ita
erox animus, Deo id agente, detu-
nuit; vt nuper turbarum auctor,
am omnes procellas in tumultuan-
e populo componeret: cui ipse
profectionem vt multis modis vti-
em non suadebat modo, sed incul-
rabat. Ergo huius demum præci-
què auxilio Patres ysi, Indos, exu-
tis priùs domicilijs, per iter diffici-
e ad tutiora eduxere. Qui longin-
quam viam superatis montium iu-
gis ac fluminum exundationibus
mensi, sedem hoc loco S. Josephi
utelæ sacram fixerunt. Eò appul-
sos

Annona ^{genuria.} sors alius exinde scopulus, puta alii
 nonæ penuria excepit: quam de-
 nec agri nondum ad culturam ex-
 cisi præberent, quærenda interi-
 in recessu nemorum fuit. Hic de-
 nuo in illa indigentia egregium fe-
 minæ facinus eluxit. Indus mulie-
 esurire,
 quam
 peccare
 manus. recens aduenienti agellum cessi-
 nullum omnino pretium pro com-
 modato solo pactus; quod facer-
 Neophytorum lege & exempli
 prohibebatur. Iamque satio sper-
 largæ messis in herba promittebat
 cum Indus velut honestæ illum li-
 beralitatis pœnituisse, pro elocat-
 agri pensione Indæ flagitium of-
 fert. At illa tanti nullam messen-
 emptura, audacter negat, pudoren-
 contra quasvis opes venalem sibi
 fore: agrum ille suum sibi habeat
 si eius prouentus non nisi maior
 iacturæ sit redimendus. Ergo mu-
 lier aduersus omnem honestatis in-
 iuriam obfirmata spem agelli to-
 tam, & ius impensilaboris deserit
 quod

uòd nollet vitia secum ali, parata
riùs honestà fame interire, quām
ur piter partis vitæ subsidijs vi-
endi causas perdere.

Ausa est & alia Indum apud Pa- *Libido*
rem intentati flagitiij accusare, ; *innenias*
uòd, et si nullum tempus sit vitijs *accusare* *ta.*
oncessum, alienissimo tamen, quo
Christo nostrâ causâ tot acerba
applicia & mortem perpresso boni
mnes adgemiscunt, non sit veri-
us, in publico luctu inconcessæ
voluptatis meminisse. Seriò ad-
æc instabat, ne Pater eam licen-
sam impunitam vellet, ut homo
improbus, quem Dei hominis do-
ores nequibant à peccandi con-
suetudine retrahere, in suâ fal-
em pœnâ disceret voluptatis obli-
uisci.

In hac peregrinorum fructuum
commendatione non decet, nostræ
domi natos silentio præterire.
Obiit in ista gente ac coloniâ P. Pe- *Obitus*
trus Marques in Gallo - Belgicâ *P. Petri*
pijs *Marques*

pijs ac opulentis parentibus natus
qui Christi ætatem viuendi spat
assecutus, etiam ad mortis alien
manu pro Christo inferendæ sim
litudinem aspirauit, ita ex mati
morientis oraculo, pro cuius inte
prete sua desideria adhibuit, pr
dem persuasus. Illa enim iam mor
vicina filio, qui tunc fortè mor
bundæ iam tiro Societatis Je sy ac
stabat, vates fuit, futurum, ut in e
Societate ad supremum usque spi
ritum perseveraret, ac vitam inte
Anthropophagos finiret; ita se ca
litus edocet, ac idcirco alacrius tar
to se mortem excipere; quod sciret
præclarè olim cum filio suo actun
iri. Ille igitur, ceu iam certus, se in
ter Barbaros moriturum, qui homi
nes deuorarent; se quoque illorum
gulâ absorbendum, hilaris augu
coniectabat. Magnæ Matri tener
imos affectus impendit; à qua fi
dam memoriam, cuius tarditate
olim laborabat, eo fine impetrauit;

ne,

quoniam cogitabat Societatem
vinit, ob illam hebetudinem
ri repulsam pateretur. Ex eo
tempore reminiscendi gratiâ do-
cus, prodigo apud conscos fuit:
m bene longas orationes, & vnius
ræ poëma uno alteroúe die me-
oriâ complexus, nunquam dein-
metu exerrandi inter dicendum
sisteret. Eam verò memoriam
primis in colenda Virgine exco-
t, vt fructus beneficij ad aucto-
m rediret. Eius igitur in omni
ingressu memor, virtutes non ver-
s modò sed moribus exprimere
cagebat. Vnde innocentiae exem-
plar mutuatus, totam vitam omnis
ulò grauioris culpæ ignaram ex-
cit: ita testantibus ijs, qui eum
infidem paulò ante obitum
diebant. Magna pro Dei gloria
Indorum salute meditantem bi-
nio toto dysenteria exhausit
ante supremam horam multa ar-
enter ad Dei Matrem ac Cælites
præfa.

præfatus, ad Indos subitò conue
sâ oratione, vtinam, inquit, v
omnes hisce meis humeris posse
cælo inuehere! hinc scintillæ,
vltimo conatu luculentius mica
tis, supremus ardor fuit. Tum v
niā erratorum à circumstantib
precatus S. Petri, cuius nomen g
rebat, diuinitus à vinculis exsolu
festo die, etiam ipse compedi
mortalis corpusculi abiecit. Ei
mortem res est consecuta, quam v
ad colendas virtutes & amicitias
multis usui futuram, libens attexo
Non ita multò antè, quām more
retur, fœdus cum Patribus aliquo
inibat, cā lege sanctum, vt qui prio
illorum obiūset, ei re diuinâ duo
decies peractâ singuli in altero or
be laboranti succurrerent. Èà con
ditione cùm post mortem P. Petri
omnes iij tenerentur, qui in illud
fœdus condixere; præter vnum
omnes pactam mortuo fidem ex
foluerunt, Is, siue quod existima
ret,

P. Petri manes tot piaculis, si
id illic debuisset, pridem placa-
s; siue quod illius virtutibus plus
quo tribuens, de tanti viri salute
illicitum crederet actum agere,
â se religione absoluimus: ausus
iam stimulos ob negatum socio
premium auxilium subinde inge-
nos eâ persuasione insuper habere.
erum rigidus officij prætermis-
actor P. Petrus diem illi dixit:
ctuq; importuni ad cubiculi fo-
s ac valvas iestibus attonitū fidei
monuit; terroribus etiam dor-
enti obiectis. Eodem tempore
gens fragor in templō tanquam
uggestu impactâ manu detonan-
audiebatur: ac inde propagato
multu euerti fastigiū tecti, etiam
di crediderunt. Manè præterea
pe altare omni apparatu, qui es-
s sacrificanti ad aram necessarius,
structum, nudatumq; tegete heri
o more instrata apparebat. Quib⁹
bus; & iam suâ sponte commone-
factus

factus Pater, induci tamen necedu-
ad explenda penitus promissa po-
tuit; exequijs duntaxat solenni-
tu ei persolutis. Post eas non di-
turnam quietem nactus cessator
ijsdem denuo terroribus exagita-
tur. Quo tempore ædituus insupe-
in templo quauis nocte videri ma-
nes, audiriique tumultuantes que-
rebatur: ab eadem vmbra calcea-
hominis passum effingente, extin-
ctam illic lampadem fuisse. Hac ex-
probratione Pater iterum excitus
rem diuinam ter pro defuncto fe-
cit, expiationi tantillæ labis vtiqui
suffecturam. At maioris numeri de-
bitorem ad exsoluendam sponsio-
nem seuerius iam infestus credito-
vrgebat. Post paucos enim dies rui-
næ velut è templi fastigio subiecta
omnia obtrituræ immanis fragor
sed innoxius, audiebatur. Cymba-
adhæc placido quamvis cælo inter-
se propter Páranæ litus collideban-
tur: ianuæ quoque sæpius grauite-
iterum

erum impulsæ, aræ iterum ad intinens sacrificium nudatæ. Pater se insolito sudore diffuebat, non mel omnia sibi membra stringi, brachiorum vſu prohiberi se nescius. Defuncti umbra bis illi vnuia, semel manè cubiculum de-renti, tum ad templum prope-nti alterâ post meridiem horâ vi- endam se agnoscendamque vi- entis habitu præbuit. Eam cùm inter sumptis animis alloqui para-uit, ex hiscentis oculis confessum subduxit. Tum demum Pater christophorus, (id debitori no- en erat.) tot monitoribus de-tam opem postulantibus, post inque hebdomadartum luctam, animum induxit, se vnum tot ibus peti, tamdiu ad explenda omissa prorsus difficilem. Igitur liquo etiam sacrificiorum nume- quo fuit mortuo eousque obæ- tis, quainprimum se expediuit. quo expleto restituta templo ac

I ianuis

ianuis & imprimis Patri quies fu-
quam post iusta persolata etia-
P. Petri manibus concessam fui-
ut nihil vltra exigentis, nemo d-
bitauit. Nos iure miramur, tantum
virtutem potuisse tot piaculis eg-
re: nisi dicere malis, aut oculi
diuinum ad incendij purgantis l-
cem omnes atomos notare, vbi n-
lippi ad totas rupes caligamus; a-
defuncti manes sui securos, ad l-
uanda aliorum supplicia, fui-
tam in exigendis auxilijs import-
nos.

REDVCTIO CORPO- RIS CHRISTI.

HÆc Sedes numero ciuum & f-
miliarum superiori par est, ne
calamitatum copia nec tolerantia
Incolae-
cum li-
beralitas. inferior. Fuere hic Neophyti ade-
in exules benigni, vt sex ipsos an-
nos eis alimenta è sua tenuitam
subministrârint. SS. Eucharistiam
cuius etiam nomine se beatos cre-
dunt,

unt, magnis desiderijs expetunt:
 ui vt decentius accumbant, om-
 es sordes tum exquisitâ mentis
 custodiâ cauent, tum humanitus
 spersas magno animi dolore non
 ne lacrimis eluunt, Deiparæ So-
 aleſ hanc integratîſ laudem alijs
 mnibus præripiunt. Ii enim com-
 militonum ſuorum corporibus ac
 animis, quamdiu ægri decumbunt,
 mnia amicorum obsequia im-
 endunt: quorum curam per vi-
 es maiorum auctoritate volenti-
 us iniunctam bimestri definiunt.
 orum munus est, in procurandis
 itæ ac valetudinis ſubſidijs accu-
 toſ, multò maximè ſaluti ægro-
 um consulere: ne non expiat, i
 ut viatico ſacro deſtituti ſupre-
 num diem obeant. Porrò vter-
 que ſexus pulcherrimâ æmulatio-
 ne de victoriâ contendit. Nam
 minæ ita ſunt pietatis ac vir. *Feminis-*
rum in-
tegritas.
 uitum ſtudio affixæ, vt malint
 quāmuis peſtem citiūs, quām Dei

offensam grauiori noxâ incurrer
 Quod ne videatur ab eis extra ca
 lamaritatum sensum inani duntax
 cogitatione fieri ; vt bene virtu
 faciant , graues sâpe dolores co
 pori accersunt. Hinc quôd in illu
 conclaue nec honestas nec leges i
 las admittant , vbi flagellis se crue
 tare viri solent : vt ostendant vi
 tutem non loco , sed animo cont
 neri ; in siluarum latebras se rec
 piunt ; vbi pro Christi patient
 amore sibi pië iratae acerrimè se d
 uerberant.

*Infans
ab exitio
sernatus.* Praeclarum propitij Numinis ar
 gumentum in feminæ scelere me
 lior femina detexit : vt pulcherri
 ma virtutis indicet imago alieni sce
 leris umbrâ luculentius emineret
 Erat inter illas heroinas proca
 mulier , quæ proli vitam ereptura
 quam dare adultera non debebat
 ne scelus & vocem proderet , os in
 gestis herbis obstruxit. Ita partum
 male natum peius occisura inter
 vepres

pres ferarum gulæ obiecit. At
 eus confitentem ream exspecta-
 rus, infantem & scelus absque
 maleficij auctore prætergredienti
 rte sub noctem feminæ detexit:
 ux puerili gemitu perculta, inter
 imeta puellum reperit, sepulchro
 iùs quam cunis inferendum. Illa
 tum pueri miserata semianimem
 l socios adfert: qui vix vndâ vi-
 li à Sacerdote aspersus, ex illo
 ilneo ad cælum abijt; vt illic ma-
 is tanto scelere obstrictæ patro-
 us causam apud iudicem ageret:
 ius preces, vt pote primas, locum
 ibuisse, mater experta est; quæ
 mmâ delicti pœnitudine corre-
 spondit, ad Sacerdotem nostrum se
 am stitit, magnum à filio benefi-
 um consecuta; quod cùm olim
 voluptatem saluti præponeret, iam
 plere mallet.

In præcipui Caziquij seu Reguli *Caziquij*
 udouici Peruyù obitu solam mor.
 m accusamus, quod virum Indis

I 3 eripue-

eripuerit, cuius auctoritas ac elo-
 quentia, quæ illi nativa fuit, po-
 pulares omnes perpetuò in Chri-
 stiani hominis officio continuit.
 Neque contentus, domi suæ nem-
 nem esse à Christo alienum, finiti-
 mos quoque ad Christi ditiones
 & iugum allexit, diuini regni stu-
 diosior, quàm sui. Ob commun-
 alienæ salutis studium Societatem
 impensè coluit: cuius labores ac
 cessione Neophytorum augere
 dulce illi ac solenne fuit. Ut dum
 nostri cælesti piscatui retia dispo-
 nunt, ipse interim cœu conto om-
 nes Indorum latebras excuteret.
 Nec maiori voluptate perfundi vi-
 sus est; quàm cùm Indos videre
 Christi imperio accessisse. Quod
 magno fortunæ suæ compendio vi-
 sapiens fecit; cùm intelligeret, eis
 dem se olim cum Christo Rege
 Imperij fines habi-
 turum.

INE MACVLA CONCEPTÆ. 187

EDVCTIONES

AD

VRVAICAM FLVMEN
SITÆ.

EDVCTIO B. V. SI-
NE MACVLA CON-
CEPTÆ.

A Páranâ flumine ostium Vruai-
cæ, qui se in Páramam exone-
rat, intranti primo loco isthæc co-
nia occurrit, totius Paraquariæ
ropugnaculum: ex quo ad prohi-
bendam Paulopolitanorum vim,
qui contra Summorum Pontificum
Urbani maximè Papæ VIII. & Phi-
ppi IV. Hispaniarum Regis iussa
libertati Neophytorum imminent,
milites omnium ferè fortissimi edu-
cuntur. Ter mille octoginta indi-
genæ septingentas familias consti-
tuunt, præter aduenas innumeros
qui perditorum hominum tyranni-

I 4 dem

dem vitaturi ad hanc securitatē
arcem confugiunt. Præter armis
etiam commeatum ut ē communis
Fames
Liberali-
tate ac-
crista.
patriæ horreo suppeditat: quæ
his postremis annis incolæ tantum
profusione sedibus alijs, quæ fami-
laborarunt, submisere, vt eā largi-
tione in se malum illud incitarent
quod charitatis publicæ studio al-
lijs propulsarunt. Nam ingenio
fames infecuta eam ciuibus necessi-
tatem imposuit; vt deficiente peni-
post desperata agrotum fruge
ē remotis siluis alimenta peterent
in quibus multi aut veneno aut ti-
gridum dente, quibus ea regio ab-
undat, perempti, magni, ac sæpe
ipsâ morte viræ præsidia emerunt.

Inda à
Agride
Lacerata
Baptis-.
mzo.

Inda mulier adhuc catechume-
na, cum amicorum grege pabuli
causâ in saltum delata, illud an-
nonæ vestigal persoluit. Cæteris
enim sub noctem domum repeten-
tibus, ipsa vt redeundi labore po-
tridie supersederet, in silua finibus
crauti-

trastinam lucem exspectabat. Sed
quiescentem efferata tigris, qua-
rum illic rabies præ cæteris in hu-
mana corpora truculentior, ador-
ta, fœdè miseram laceravit; vt vul-
neribus iam totum corpus distra-
hentibus, ac in intestina quoque re-
ceptis, nec curationi nec vitæ locus
superesset. At mulier salutis ante
vitam memor ad supremum iter vi-
rium reliquias collegit, & Baptismi
desiderio vegetior ad coloniam
adrepsit. Illuc accitus ad morien-
tem Sacerdos noster vix animi vul-
nera, quæ illi seuerior tigride pri-
morum parentum dens inflxit, lu-
stralī vndā eluit; cùm illa viuere
desijt, facilè per tot vulnera viam
inueniente animâ, quâ itura ad cæ-
lum, elaberetur.

Decennis quoque virgo ab her-
bâ, quam Indi Mandiòcam dicunt,
pestem propè suxit: dum vrgen-
tem famem cupid eâ nondum pro-
bè coctâ compescere. Est enim ea

Mandiocæ, ut non satis ab igne
~~se herba~~
subacta venenum pro satietate in-
gerenti afferat: quo tamen mult
intereunt, qui famis impatientes
exigenti naturæ crudius id alimen-
tum obtrudunt. Ea necessitas hanc
quoque puellam manebat, qua-
iam desperata, Matris Virginis ope-
conualuit. Ei enim Pater gossipium
sudore Marianæ iconis, quæ ad S.
Fidei oppidum miraculis claret,
imbutum, pro malagmate impo-
suit, à Dei Parente sanitatem, puel-
læ precatus: illud gossipium ægra
admotum, vel potius imaginis pro-
digiosæ sudor lethalem à puellæ su-
dorem cum veneno abstersit.

*Sapientia
Inde di-
ctio. 2. 2.*

Et quando in seminarum faci-
nora incidimus; illam alterius Neo-
phytæ gnomen ac effatum vltra se-
ptem illa sapientiæ oracula cele-
bremus. Hæc ab agro domum re-
uersa, rectâ ad templum contendit;
vbi fusis ad Deum precibus Sacer-
dotem postulauit, qui aures & ve-
niam

am confitenti daret. Sacerdos ne-
otia, quibus distinebatur causa-
is, illam ut valentem iubet pera-
is rebus paulò seriùs redire. Sed
unda ut futuri incerta, quis, inquit,
udeat mihi vitam in illud tempus
olliceri? in mortis igitur quando-
unque ad futuræ falcem, nisi messi
c cælo matura, non incidam. Tu
ne, dum vita superest, nullius qui-
em sceleris ream, à quotidianis
culpis absoluere: ituram ad cælum
quævis sarcina me premet. Expiata
ergo ex tempore illa mulier fuit,
antò vitâ dignior, quantò sanctius
morti consuluit.

Alia longè infelicissima, cæte-
arum exempla & mariti pietatem
destituit. Illam cum marito recens
llatam morbus inuasit: quam Pa-
er vltro aggressus, hortabatur, ne
morti vicina salutem negligeret;
cuius negotium tanti momenti ex
illo articulo penderet. Illa verò
Patris voces aspernata, ne is in-

*Inde fac.
talu ob-
stinatione*

gratam feminæ cramben sæpius re-
coqueret, statuit pedem e lecto
ægra foras in agros efferre, ad ti-
grides potius quam Patris in sen-
tentiam itura. Etsi verò aliæ plu-
rimum laborarent, eam à tam im-
pio consilio dehortari: continer-
tamen non potuit; quin foras
erumperet. Illic peius habenti con-
iunx etiam instabat; quem illa vi
intempestiuum monitorem eadem
ferociâ repulit. Tum maritus uxo-
ris perniciem miseratus, inuitam
& renitentem in humeros attollit;
ac tantâ sarcinâ, quantam rebelle
onus faciebat, oneratus ad pagum
& nostrum Sacerdotem festinat.
Sed obstinata mulier baiulo suo ob-
illud beneficium infensa, inter eun-
dum impie se deuouit: malle se in
mariti humeris mortuam efferri,
quam ut in Sacerdotis pro tribu-
nali sedentis potestatem viua ve-
niat. Infelix femina sui exitij vates
fuit. Antequam enim oppidum at-
tingeret;

ngeret; in humeris dolentis ma-
ti, qui multò ægrius casum con-
gis, quam onus illud ferebat, ani-
am eiecit, voti & scelerum dam-
ata, taliq[ue] viro indigna: qui Æ-
eā probior potuit improbam uxo-
em vel morientem ferre.

Hanc labem malæ coniugis pro
a mater obliterat. Erat illi tri-
us filius, qui præter ætatis gra-
am, moribus quoque pro animi
modo gratiosum se reddebat: ad
pietatem natus matrem vltro sæpe
ad præundas preces positis geni-
us, vultu ac manibus in cælum
ublati, prouocabat. Quibus tam
ijs illecebris mater vltra innata
matrum studia raro pietatis exem-
lo filium deperijt. Verita enim, ne
los ille ostendentis se virtutis olim
ructu careret, neue grandior, fie-
ret ab illis initijs & tantâ spe dege-
ner, Deum enixè obtestata est; ne, si
bsque Numinis iniuriâ non posset
adolescere, vellet sibi hostem edu-

*Matri
pie pro
filio pre-
cess.*

care: quin inter aulæ suæ ephebos
adhuc integrum adlegeret. Tam
sollicitas preces Deus audijt; ac
puellum tot malis verius quam ma-
tri eripuit: quæ perdere filium in
prætextâ maluit, quam adultum
perire.

Viris quoque exempla, quæ fu-
giant, quæcum sequantur, non defu-
re, ijs maximè, qui nomen suum in-
ter Deiparæ Clientes peculiari fœ-
dere obstricti profitentur. Hi enim
virtutem, cui magno conatu insi-
stunt, à suis quoque commilitoni-
bus ut statum illius vitæ pensum ac-
curatè exigunt, quod si quempiam
deprehendant, ab officio probi So-
dalis & legum sanctimoniam desciri-
scere; illum ut infamem è cœtu pro-
scribunt: quæ sententia reis est om-
ni exilio grauior. Eius seueritatis
geminū documentū hīc loci habe-
mus, cui cælum quoq; subscripsit.
Iuuenis flagitijs reus iubebatur è So-
dalium numero exesse; ne verò pec-
candi

*Indus è
Sodalium
albo ex-*

ndi consuetudine ac illo dedeco- ^{punctas}
proiectior in peius rueret; Patrū ^{clemen-}
us hominem vnā secum ad foris ^{ter ca-}
ambulandū inuitabat; vt illo fa-
liari congressu, ei horrorem pec-
ndi ^{cu} tamque salutis iniiceret.
deudentes ex agro grauis tempe-
as excepit, quæ frequenti fulminū
cussione omnibus mortem inten-
bat. Tam præsens discrimen euau-
rus Pater vix nemus attigit; cùm
telligit Marcū (id iuueni nomen
rat) fulminatū omni prorsus vitæ
dicio carere. Quo nuntio vehe-
enter ob dubiam prostrati salu-
em tristatus, cadauer, vt credebat,
issit proximæ casæ inferri. Ilic in
enua cum adstantibus profusus
atū Numen conciliare iuueni seu
iuuenti seu mortuo laborabat. Nec
reces successu caruere. Post multū
temporis æger siue ab animi, quo
x fulmine linquebatur, excusso stu-
pore, siue à morte reuersus incer-
tum, ad se redijt, paulò post etiam
con-

conscientiæ & pristinæ apud Deum
gratiæ restituendus. Marcus eni-
sui iterum compos, scelus suum a-
tam funestum ignem agnouit:
cuius vindictâ clementiam mira-
tus, vitam præteritam non ser-
modò criminum confessione se
constanti deinceps fugâ expiaui.
Ibat utriusque tunc comes alter it-
uenis, qui præter minas è cælo ni-
hil passus, alieni tantum supplici-
spectator fuit. Is retulit, se un-
cum fulmine candens delabi cor-
pus vidisse; quod brachijs in cruci-
modum diductis, cum iuuenem so-
lo afflixisset, inde celeri super ia-
centem volatu, ceu suo iam munere
defunctum, se proripuit. Ut intel-
ligeremus, Deum in media vindictâ
redituro ad frugem amplexus ob-
tulisse.

*Granior
alterius
panna.*

Alter è maiori fastigio in longè
maius barathrum se præcipitauit.
Erat enim olim inter Virginis So-
dales gradu & morum honestate
cum

m primis conferendus: ut eum
nquam specimen gratosi apud
i Matrem Clientis cæteri pren-
ent. Verùm vt altiora, semel in
sum prona, grauius affliguntur:
ser paulatim à virtute, dein' à sa-
oribus consilijs monentium, de-
um ab omni curâ sui alienus, non
dalem modò, sed propè homi-
nem exuit. Eum igitur vt bonarum
entium albo indignum è cætu
ciunt. Tum scelerum & publici
decoris stimulis ferocior, totum
desperato mærori permisit: à
io ad tristia consilia abreptus vi-
fine, non malorum fecit. Eo
im tempore, quo alij festo die ad
espertinam psalmodiam festina-
nt, ipse repetitâ domo coronam
precatorijs globulis contextam,
uæ adhuc ex eius collo pendebat,
mine perquam sinistro in sinum
koris abiecit: ac mox concitato
arsu in proximum nemus depro-
erans, iſthic restim collo iniecit;

in quo ferre nuper Virginis monile nolebat. Elapso tandem biduum amissi ac perdit hominis triste vestigium silua exhibuit; in qua humabieatum cadauer, vix aliquid praeter ossa & funem seruauit, à feris ad illam saginam confluentibus penitus corrosum.

*Omino-
sue ss.
imagine
sudore.* Publicarum calamitatum omina priuatis paucorum malis an 1643 VIII. & VII. Kalendas Septembri superuenere: quibus diebus Christi in crucem affixi, B. Virginis sine macula Conceptæ, S. Teresiæ, ac SS. Petri & Pauli imagines, quæ decenter in summâ arâ asseruantur, largo sudore manabant. Ei spectaculo Patres duo, coloniæ illius moderatores, ac bini alij ex eadem Societate aduenæ interfuerunt: qui reprobè discussâ statuerunt, sudorem illum scaturiginem habere naturæ viribus altiorem. Tam enim erat copiosus; ut vix multa linteal prodigiosas aquas imbiberent. Ut ergo

Numes

men ea mala , quibus hæ vide-
ntur imagines illachrimari , pro-
ium auerruncaret , varijs pia-
lis & precibus placare iratum
rum Patres cum illa gente stu-
erunt . Quod reconciliatum eis
e Cælitum fuisse , argumento
t ; quod ex eo tempore nihil
ulò tristius aliunde patribus es-
t nuntiatum . Nisi dicamus , viri
uistrissimi Nicolai Niengirù , qui
on diu pòst obiit , morti ea pro-
gia prælufisse : ac ne tantæ virtu-
s iactura conscos repentino nun-
co exanimaret , illis ostentis , ut do-
ri sensim assuecerent , præmo-
uisse .

Erat Nicolaus Niengirù summæ Nicolaüs
inter Indos ferè omnes existimatio-
nis : vt qui præter Vruaicæ totius
tractum ingenti insuper Prouinciacæ
Capè imperaret . Quos imperij fi-
les nominis famâ , quam ei Chri-
tianæ fidei ardor , ac fortitudo bel-
lica iuxta sapientiæ opinionem pe-
rerat ,

Niengi-
rù laus.

pererat, longè maximè superau-
Miaspru- Prudentia imprimis vltra omni-
Syntia. Barbarorum ingenia pollebat :
res non euentu sed consilio meti-
solitus, præterita cum præsentibus
conferret. In quibus quod ben-
maleué consultum gestumue era-
ad sequentium temporum discipli-
nam referebat : velut si chalybis at-
tritu è silice lucem futuris rebus ac-
Religio- cenderet. Religionis Christiana
nū amor. non columen modò his terris, sed
& præco fuit. Auctoritate & pru-
dentiâ præter suæ ditionis incolæ
finitimos quoque circâ populos
Christo subiecit : cuius felicitatis
auctorem totum quantum est Vr-
uaicæ flumen, & vastæ regiones Pi-
ritini, Caazapà, & Carò gratae
agnoscunt. Eundem Guaimica In-
dorum omnium, qui montes inco-
lunt, facile princeps dicere solebat,
de vniuersis Indis monticolis præ-
clarè fuisse meritum, quòd eius
operâ Societas J E S U culturam eius
gentis

ntis adiisset. Quam verissimam
udem Patres gratis animis tunc
xere; quando eum Christiani im-
erij Propagatorem, ut regio titulo
lebrarunt. Christo partas à se *Gloria
Bellicæ*
pes, non armis minus quam con-
cio propugnauit: quorum utro-
que hostibus admirationi ac terro-
fuit. Horum namque duces non
io ferè freno à fuga trepidantes
os cohibebant, quam mendacio
er castra vulgato, Nicolaum esse
medio sublatum: adeò stante hoc
io Barbarorum omnium animi
cuere. Quæ fabula dum perso-
ni poneret, non semel Neophytis
ropè perniciem attulit: cùm spar-
rumore, Nicolaum occubuisse;
et destituti duce, hosti terga præ-
uerunt, nunquam prælium re-
auraturi, nisi cum duce animos
uoque recepissent: in cuius vultu,
et publicæ virtutis cote iras acue-
ant. Ita armis denuo in hostem
ersis Nicolaus in suorum militum
alaci-

alacritate metuque hostium sapientia
reuixit. Prater fortissimi ducis ex-
mias dotes mitiores quoque virtutes pari gratia colebat. Comitas
& fa-
esindia. imprimis & peritiâ tractandi ciusque ingenium valuit; cuins ex-
plorata propensione, quamlibet
indolem suis artibus petebat. Qua-
moderatione omnium suorum am-
mos ita sibi obstrinxit, ut publici
priuatisque alloquijs seu periti
eques, quo quis flexu subiectos, i-
quam vellet partem, permoueret
quos non habuit in secundis tan-
tum rebus obsequentes; verum ad
difficilius quoque negotia, vb
crederes neque imperia valitudo
argumentis & prudentis eloquen-
tiæ Suadâ incitauit. Tale fuit iter
quod à Tapeanis, vt prædonum
Brasiliorum tyrannidem vitaturi ad
Vruaicæ littora considerent, non
seuerâ sed prudenti oratione im-
petrauit: vt Indi persuasi, agi de
salute suâ, malent à patriâ quam
eius

us confilijs discedere. Ne verò
urbis tantum itineris tam molesti
niam necessarij fastidia molliret; *Liberas.*
aximis largitionibus, ac quibus *litatis.*
otuit studijs Indos in officio ac
ā retinuit: ne patriæ desiderium
præsenti calamitate auctius cœ-
ris obsisteret: quā profusione
nnium voluntates ac ora prome-
uit. Erat enim adeò in omnes li-
teralis, ut neminem à se indona-
m dimitteret: nisi quod nonnun-
iam fiebat, cùm fortunis planè in-
gentes antè profusis, nihil ultra
ppeteret. Hæc ipsa facilitas, quā
suaque nulli negabat, eius aucto-
ratem ita tuebatur; vt in hoc
emum heroë maiestas & amor di-
queant sub eodem tecto conue-
isse. Fuit profectò vir quauis re-
ferentiâ dignus, qui alienis com-
modis curisque publicis iuratus, il-
ud fastigium æquè priuatis virtu-
bus honestauit. In illâ enim li-
bertate, quā pauci non abutuntur,
*[Contin-
nitia.]*
ita

ita se continuit, vt omnem sibi concessam voluptatem iuuenis maritus negārit: quam vt in ip̄ etiam coniugio coērceret, otium ut puluinat voluptati subtractus, agriculturam exercuit, aut fbrili asciæ manus inter operas amouit. Sermones lepore & salibere natis absque honestatis offendiciebat; quam à quoquam praetextatis verbis temerari neutiqua ferebat: vnde vulgo etiam verendum vindex habebatur. Centurioni tres pellices ademit, assenserens à Christianis hostem virtut non armis vinci. Si quem nosset illicitis amoribus irretitum, prime leniter eius libidinem arguebat qui si bene monenti non confessim obtemperasset, ad pænam citabatur. Fuit vniuersim prudens iuxta & seuerus morum inter suos censor: ne ob impunitatem vitia radices agerent: si adolescerent, non nisi ferro exscindenda. Quā censurā

rā tantò fidentius aliena errata
 tabat; quod ab omnibus noxīs,
 arū alios peragebat reos, ipsum
 horrere, palam constaret: ut ipsa
 i integritas aliena vitia cum eius
 tute comparantibus quēdam re-
 ehensio eslet. Sæpiissime enim ad
 erdotis aures nihil attulit, cuius *Innocentia.*
 solui posset, Societatem nostram
 icē amabat, cuius famam ac lau-
 s à maleuolis s̄æpe ipso audiente
 idcirco obtritas, vt ab illa red-
 retur alienus, acerrimè excussâ
 endacionum vanitate tuebatur.,
 ntrarijs exemplis aduersus oblo-
 entium fabulas vsus. Christi Dei *Pietas in*
 Hominis infinita in mortales *Christi*
 ones merita, totamque nostræ sa- *Huma-*
 is œconomiam, pro eo ac decet, *nam na-*
 ximè venerabatur: cuius sum-
 um existimationem verbis digni-
 te plenis prodebat, quoties in di-
 um illud thema sermo incide-
 . Hic tantus heros ac patriæ pa-
 tandem, vt inferiori orbi sub-

K. ductum

ductum sidus occubuit, publ
omnium luctu, qui viuentis fa
ac meritis responderet. Utque p
set omnium tam ciuium, quam
nitimarum gentium humeris e
tus dici; exteri Caziquij seu c
umiacentium Indorum Regu
qui ad honestandum funus conf
xere, certatim alternis humeros
retro subiecerunt. Defuncti
gentes laudes, maximosque lab
res pro re Christianâ susceptos E
clesiastes pro concione exornau
ut reliquos honores eius exequ
habitos dissimulem. Palmariu
hoc esto, quod Indi, soliti huc
que magnorum Ducum exempl
ex alieno orbe petere, iam dom
sticâ virtute instructi, possint ir
vno Nicolao singulorum
eximia decora in
tueri.

REDVCTIO S. MI-
CHAELIS.

Quadragesima familiæ supra quin-
gentas mille octingentos & se-
tem inquilinos alunt: qui com-
uni Brasilo - Europæorum turbi-
e in has oras deportati, alacritate
superandis itinerum incommo-
dis, cæteros anteibant. Sponte
nim suâ in securitatem saluti suæ
m opportunam propensi, facile
duci potuere, illam profectio-
em pernicioſæ patriæ iacturâ di-
nam esse. In hanc denique sedem *Indorum*
ceptos primus labor in colendis *pro sa-*
rendisque agris occupabat: quo *lute alien-*
nâ spu-
dinm.
nec iter in patriam relegere, tantâ
constantiae laude, quanto alij de-
clore; qui eandem aliunde viam
on eodem consilio repeatabantur.
Postquam enim in tuto collocati
ouæ quietis primos fructus degu-
erunt; popularium suorum in pa-

triā exilium miserati, illos etiā
cupiebant in partem suæ felicitatē
vocare. Quare posthabitā recen-
otij dulcedine siluas patriæ fini-
mas pererrant; num in illo vena-
efferatas ciuium suorum mentes
curare, & ad familiarem vitam a-
ducere palantes possint. Neque
ne præda redière: multos enī
laudatā reipublicā nuper cœp-
tranquillitate illectos in suas part-
traxere; vt ferarum societatem
mores exosi mallingt cum homin-
bus homines esse. Ethoc populari
facinus plures pluribus debeban-

*Senis in
miseros
charitatem.* At senex ille sexagenarius multo
vnus varijs officijs demeruit: quod
perpetuo ægrorum ac mortuorum
ministerio deuotus, omnia media-
stinorum munia obibat. Fœdissimae
vlera, & putrescentes cadauerum
artus irretortā-nare hilaris suis ma-
nibus tractabat: neque ullum pie-
tatis genus diu noctuque præter-
misit, quo leuare corporum ac ani-
morum

rum molestias posset. Præcipua
ò illi cura fuit, ne quem patere-
diem extremum non ritè pro-
ratà religione obire. Et ut va-
tibus quoque se suaque diuide-
, pupillos domi, foris pauperum
bam agelli sui prouentu alebat.
ec agentem veneni vis afflauit;
m Indi putrescentiè carcinoma-
faniem abstergit. Illâ peste cor-
otus acerbissimos toto corpore
ciatus æger eadem serenitate,
à valens ægrorum ulcera tolera-
t. Donec inter tot adstantium la-
mas, qui eum ut communem mi-
orum parentem deplorabant,
inctus est: cùm viuus Christianâ
aritate flagraret.

Minor ætas nihil senum meritis *iunenüs*
patientiæ concessit. Fuit pius iu- *ac soro-*
nis à strumis ad vomicæ modum *rū pati-*
rulentis malè habitus: quarum *entia, &*
men fœtorem fragrans in illo *pius obis-*
ortus facile perpesta, ipso morbo *tus.*
ualeſcebat. Adeò enim nihil de

K 3 morbi

morbi grauitate querebatur ;
 corpusculi laborantis oblitus , m
 gnis lamentis animi vlcera defi
 ret , palam illa nudaturus ; nisi S
 cerdos noster illi silentium imp
 suisset . Iacebat non procùl ei
 forocula vnicum ægri solatium
 eodem malo ob contagionem fr
 terni vlceris correpta : quæ frati
 exemplo animi tantum malis illa
 crimata , pulcherrimum conce
 tum cum fraternis suspirijs effeci
 vt tam concors ob culpas vtiq
 non maximas dolor ac morbi pa
 tientia præsentes omnes in admir
 ationem raperet . Tandem inter vo
 ces illas planè cygneas nobile pa
 fratum è corpusculis tanquam ru
 pto vlcere simul animas quoique
 Narciso aut balsamo fragrantio
 res exhalârunt .

*Puellus alter Deiparæ nouo , v
 prudens
 illam.*

Puellus alter Deiparæ nouo , v
 diximus , more mancipatus , cùm
 violentâ tussi vrgeretur , submissa
 sibi à Patribus leniendæ asperitati
 reme-

media animo plūs quàm puerili
pudiauit: Patrum enim in se vo-
ntatem, vt muneris condimen-
m sibi gratulatus, munus ipsum
e manu quidem attigit; quòd di-
ret, non decere Virginis Clien-
m ægritudinis leuamen admit-
re; solatium esse ab illâ exspe-
andum: quod dum differret,
tiùs esse, morbum fortiter fer-
e, quàm cum illo virtutis mate-
am & præmia tollere. Gratam
anc adolescentis virtutem D E I
arenti fuisse, magno argumento
uit; quòd tussis subitò strangula-
e pueri fauces desineret: quas po-
erant tam conditè voces inde pro-
ectæ præ quoquis fomento emol-
ire.

Similis propè philosophia il.
lius adolescentis fuit, qui à Patri-
bus interrogatus, quæ causa tan-
tam illi maciem afferret, sapien-
ter respondit: se iam diu quoti-
dianis apud Deum precibus insta-

*Maciem
ut vir-
tuti a-
mica à
puero
optata*

re; ne se patiatur mole corpor
grauari: malle se ossa in emaciā
corpore extantia, vt murum int
gritatis hostibus obijcere, quā
farto abdomine metā facere am
pliorem, in qua hostium tela & fa
ciliūs hærere, & exerrare difficultū
queant. Tam sapienter puer statui
adipem rectiūs in bove laudari
maciem virtuti pro sagina esse.

*Iuuenis
fulmine
ictus ro
spuit.* Compelli ad meliora iuuenun
alius debuit. Eum pudebat crime
fateri, quod facere non puduit: at
que ideo latens venenum diu intra
viscera alebat. Donec stimulis iden
tidem ad frugem incitantibus diu
obnixum foris grauior exactor in
uasit. Fulminato igitur tugurio,
cui ipse inerat, sine morā inde ad
Sacerdotem properauit: cui con
scientiam vt à fulminis iam ictu ex
cussam non sine multo gemitu de
texit; motibus deinceps in melius
ita mutatis, vt iam omnibus exem
pto esset, testatus reipsā, cælesti se
igne

S. MARIE MAIORIS. 213
ne tactum, quo iam longè melius
iam tugurium arderet.

REDVCTIO S. MA- RIÆ MAIORIS.

Excentas familias mille octin-
genta capita effecere. Harum in-
las varijs artibus ac minis à tra-
ite virtutis, cui constanter insi-
unt, orcus deturbare conatus est.
uius rei paradigma in Indâ con-
ge exhibemus. Illa ergo mariti
i voluntate tantum gossipij ad In-
um omnium egentem deferebat;
uantum texendæ vesti, quâ care.
at, sufficeret. Tam sollicitam opti-
orum coniugum charitatem Or-
us non ferens vxori grande ma-
um parat. Vix enim Indi hominis
asam mulier attigit; cùm monstrû
ndeaque igneum ac flammanti
ladio armatum illam feroci pri-
num obtutu ab ingressu arcebatur;
leinde ingredi conantis correpto
rachio, si destinatam misero affer-

Damon
Inde
mulieris
virtuti
grauiter
infensa

re opem pergeret, exitium illi minabatur. Cumque illa ne sic quidem pateretur sibi gossipium & beneficiandi voluntatem eripi, larva illa, siue Indo vestem ac inde honestatem, siue mulieri virtutem invideret, feminam denuo aditum perurgentem solo afflxit: quæ semel candens machærâ secundum caput icta, compellatis JESV & MARIAE nominibus metu inuocati auxiliij stygium sicarium in fugam coniecit. Ne verò cuiquam possent ludibria comminiscantis Indæ oculis obiecta censerî; non unum dunt taxat illius mali vestigium ac testimoniem habuit: quippe & brachium à spectri contactu liuidum tetro que odore afflatum tandem contabuit; & incolæ opem inclamantis ciulatu exciti dæmonem ignes euomentem non sine horrore conspicere. Mox ægra domum deducata ut primùm spiritum recepit, adstantibus rei scriem, ac post Sa-
cerdoti

erdoti vitæ noxas explicuit, ad su-
remum iter ut moritura, salutis
limento instructa. Sed ne his qui-
em præsidijs fuit secura: quamuis
nim præter diuinum commeatum
c mentem integram, Christi in-
rucem affixi simulacrum vetera-
ri, qui iteratò decumbentem in-
adiebat, instar scuti obuerteret;
usus nihilominus est ægre, nisi cly-
peum illum abijceret, vltima mina-
ri. At illa certa, se à dæmone abie-
tis armis id reuera passuram, quod
etinenti gratiis ad viriū ostentatio-
nē intentaret, Crucē arctius pectori
appressit. Tum illam quoque arcem
oppugnare aggressus, Crucem vi-
cripere licet renitenti contendebat:
nisi ægra inuocato iterū JESV &
MARIA vires & conatus hostis exar-
masset. Qui quòd videret, se hucus-
que ab Indâ licet sauciâ triumpha-
tum, ledendi tempora à dormientis
securitate occasionē captauit. Nam
quiescentem subito adortus, eam

216 REDVCTIO

ad ingens barathrum deportans
monstris humanâ specie ex illa vo-
ragine suo casui inhiantibus obie-
cturus. Hunc quidem insultum Dei
Matris, quam implorabat, Crucis
que obuersæ auxilio superauit: se-
hostis impetu toties frustrato fero-
cior postremò Crucem vi erupta
procùl abijcere illi viñus est. Cùr
verò illi terrores cum somno eu-
nescerent; ægra sollicitè præsentem
iubebat in Crucem sibi extortam
quæ nuspiam apparebat, inquirere
quám vix tandem in tugurij angu-
lo repertam maritus vxori obtulit
grauiter ingemiscenti; quod Cer-
berum illum totas adhuc ædes per-
bacchantem intueri cogeretur. Re-
stituta demum Cruce dæmon Neo-
phytæ constantiâ, quam inusitatissimè
propè artibus oppugnabat, deuitus,
videri & nocere deligit. Ipsa
rantâ stygis intemperie liberata, ne
quid amplius iuris in se dæmon ha-
beret, Dei Matrem enixè obtestata

est;

st; quæ mox visendam se blando
erenoque vultu illi exhibuit; ac
ot malorum victri ci opem pollici-
a, eam ad reliquias miseriarum
fortiter ferendas tam melleis ver-
bis animauit, vt omne morbi ab-
synthium præteritis doloribus af-
fusum ægræ dulcesceret. Postremò
adhortata, ne crucem vnquam è
manibus dimitteret, Neophytæ
que bene precata, ad templum re-
dire illi visa est. In hunc modum
reddita sibi vtcunque Inda post bi-
dui inediā cibum admisit. Ex eo
tempore trimestre totū inter acer-
bissimos subinde cruciatus & ulce-
ra sanie manantia, quæ illi nuper
dæmon in tam pia causâ inflixit,
eodem semper vultu exegit. Quo
finito & ipsa ad extremum crucis
& patientiæ retinens, dolores cum
vita finijt.

Porrò vt ista Dei Matris benefi-
cio piam mortem, sic alia vitam
cum vitæ auctore consecuta est.

*ss. Eu-
charistia
morbis
remedii.*

Indæ enim feminæ fauces tam ardæ
pituita obsederat, vt ob illam de
fluxionem iter voci ac cibo esse
penitus præclusum; nec nisi infor
mi halitu, qui loquentis conatur
non verba proderet, significare Sa
cerdoti animū se expiandi posset
Quo malo oppressa id vnum præ
ceteris incommodis defleuit; quod
eo morbi genere teneretur, qui mo
rituræ cælestem quoque panem ne
garet: quod ingenuè questa, nutu
& mutis precibus Patrem vrgebat,
ne se supremo hoc cibo priuatam
vellet. Pater itaque, ne Neophytæ
vltimam negâsse operam videre
tur, morbo priùs remedium quæsi
uit, quâm desiderio succurreret.
Quare oleo, quod ante aram & Ve
nerabile Sacramentum ardebat, in
unctæ, aquam Foyensis lapilli atta
ctu initiatam propinat, Matre ac
Filio ad ægræ salutem conspiranti
bus. Vix oleum foris, & vndam intra
fauces admisit; tum illico dissolu
tus

us humor viam cœlesti ferculo ape-
uit: vt paulò pōst ad Dei mensam
ccumbere vñcta & lota omnium
dmiratione posset. Hinc morbi
eliquijs medicum fugientibus ex
oto conualuit; vt altero die inco-
umis templum repeteret, ex quo
heri viaticum accepit, gratias illic
Virgini Matri persolutura, cuius
calculo esset à morte absoluta.

Caterū magna honestatis ac
fidei coniugalis inter huius loci
matronas ac puellas ratio habetur,
quam aduersus procorum lenoci-
nia fortissimè propugnant. Vxor
ex illis etiam post mortem marito
tori pudicitiam persuasit; cuius il-
le fidem viuēnte coniuge ob reue-
rentiam vxoris, in quā virtutem
non imperia suspiciebat, temerare
veritus, eā mortuā, vt remoto cu-
stode, cupiditati frena laxauit.
Sed illa cœlesti luce circumfusa,
vultu ad seueritatem composito
grauiter dormientem maritum in-
crepuit;

*Vxor
marina
marinū
iubet
casi vi-
tare.*

crepuit; quod famæ & honesti oblitus ita matrimonij ac legum sancti moniam calcaret: desisteret modicabem suo pudori ac defunctæ manibus inferre; nisi vellet poenas vagæ libidinis experiri. Posthac minutim omnes ei commissi sceleres vices, socios & angulos nulli mortaliū nisi reis cognitos retexuit. Maritus postquam euigilauit, neminas illas ut à somno tantum immisas vanitatis argueret, toto adhuc corpore contremiscebat. Proinde in animum admisso coniugis adhortatione, præteritæ vitæ sceleræ magno dolore Sacerdoti recensuit, vitamque vxoris ac Dei maximè præceptis conformem deinceps tenuit. Ut adeò viris hīc loci omnia virtutis paulo insigniora decora isto sexennio feminæ aut præripuerint, aut procurârint.

EDVCTIO SS. APO-
STOLORVM PETRI
ET PAVLI.

Mille quingenti triginta quinque hanc coloniam modo te-
 nere. Hi deserta initio patriâ, ^{Sacrorum}
 rdiūsi tamen à patriæ, quam in ^{neglectus}
 oribus secum efferebant, barba-
 e discesserunt. Nondum enim ex-
 tâ omni planè feritate, cùm res
 iuina domi perageretur, illi in lu-
 osinolito venandi latendique stu-
 io excurrebant: ubi si feras vel-
 ent, poterant sibi ipsis ceu nondum
 omitis pantheris obiecto speculo
 insidiari. Et hæc adeò impunè au-
 ebant; ut Patres ad templa & pie-
 tatis iuratae cultum inuitare conan-
 tes, surdâ aure præterirent, neque
 auctatis quidem cælestis vindictæ
 minis ferociam posituri, quam ab
 rato Numine aëtatum immissâ ti-
 rium rabie plectendam non vani-
 gures iactabant. Quâ in re Deus
 vetera <sup>A Dep
castigato
tus.</sup>

222 REDUCTIO

vetera vltionis exempla repetij quando idem, qui Assyrijs negl. Etā cultūs diuini reuerentiā ext. sacra sectantibus olim leones in misit, & diuinorum rerum iniuria vlturos, pari suppicio Indorum desidiam castigauit. Etenim cū leniora remedia plerique nondum admitterent, Deus Patrum min auctoritatem apud Barbaros vel oraculis creauit. Nam illam obserandi licentiam prosequentibus tigrides certatim ex omni parte rupi & in saltibus inusitato furore impminebant: à quibus ad lanieras raptandi iam longè alio consilie vagabantur, pro templis tigride fugituri: quæ tantā rabie obuiō corripuēre, ut tres simul Indas mulieres ferali vngue ac dente ad pœnam deposcerent, in illâ carnificina vtique perituras; nisi à superuenientibus Indis fuissent belluarum gulae subtractæ. Quippe iam lace-

ris
a 4. Reg. 17.

s artibus & luxatâ membrorum
ompage vix hærentes ad socios
unt allatae: à quibus post expiatas
culpas ad Dei mensam admissæ,
aulò pòst obierunt, in supremâ
alamitate felices, quòd ex bellua-
um pabulo Dei conuiuæ fierent.
uit illa strages cæteris documen-
o, vt desertis nemorib[us] ac rure,
âdē contentione domi temp[la] &
irtutem colerent, quâ nuper ob-
tinatione deseruere. Iamque tigri-
des, quæ in Indis tot maculas antè
conspicatæ, eos vt sui similes appe-
rebant, nusquam comparentibus
reis etiam ipsæ totâ viciniâ excessâ-
re; nemine dubitante, quin y[n]â cum
culpâ tigrides noxarum vindices
à Deo & immisæ & fugatæ fuissent:
quarum gulae tunc Indi primùm
desipuere, cùm sapere cœperunt.

Nunc ad latiora versi, adole-
scens muti constantiam & mor-
bum laudemus. In catechumenis
ad Christianam doctrinam sunti-
Adoles-
scens
muti p[ro]
impor-
tunitas.
bus

bus adiungere semper se solitu-
cūm alij ad quæsita responderen-
solis nutibus eloquens omnes Chri-
stiani hominis gestus non sine pie-
tatis sensu imitabatur : nam &
crucem digito efformabat, & pu-
gnum pectori dolentis in morer
impingere cæterorū exemplo con-
sueuit. Et quamuis elingues pleri-
que nec aures in potestate habeant
adolescens tamen , siue audiend
conatu, siue desiderio, aures ad di-
centis vocem acuebat. Inde Chri-
stiani lauacri candidatus, ab ijs
quorum intererat, Baptismum nu-
ru expetijt. Sed Patres non satig-
certi, num res tanta eo quo decet
in pretio apud illum esset , cuius
animi arcana nemo habere posset
explorata , abnuunt , eum posse ad
sacrum fontem accedere. Neq; ta-
men hac repulsâ languidior , cùm
iam Catechumeni salutari aquâ
eluerentur , etiam ipse caput Sa-
cerdotis manui subiecit. Verū ob
eandem

andem causam præteritus , tum
leum ut re infectâ & desperatâ,
antum ex illa repudiatione dolo-
em domi concepit ; vt in morbum
prolapsus non alio curandus phar-
naco videretur , quâm quod fuit
valenti negatum. Tunc verò Sacer-
dos indubitâtâ Numinis ac adole-
scens voluntate perspectâ , eum
Christiano ritu abluit, lætum , quod
egritudo quoquis valente longè di-
fertior pro sua salute tam feliciter
muti loco perorâset.

Inda virgo quindecim annos na- B. V. p. 2
ella mas
gistra.
a , cùm varijs morbis vexaretur ,
cælo meruit cœlestis doctrinæ ma-
gistram Dei Matrem habere. Illam
actenus diuini epuli expertem Pa-
per, tandem aptam illi conuiuio ar-
bitratus , iubebat accurate in om-
nes animi nœuos animaduertere : ne
quid tanto hospiti occurreret illâ
maiestate indignum. Et quoniam
morbus tantillum vitæ promitte-
ret , vt in crastinū pro maiori men-
tis

tis apparatu posset sanctam ha-
famem opsonare, hortabatur pue-
lam, ut ad Dei Parentem conuer-
eam infimis precibus obsecrare
vellet se discipulam tanto quide-
magisterio minimè dignam de illis
capitibus erudire, quibus summa
doctrinæ & honoris Christo ei
filio debiti continetur: eam quia
primum Homini Deo in terris de-
micilium præbuisset, omnium re-
ctissimè tradituram, quo animi cul-
tu ac sensu Deus hospes sit à Virgi-
ne excipiendus. Paruit innocens
animus: ac non ita multò post
quam Sacerdos ægrotæ domum
deseruit, adesse denno Patrem &
ab eo sterni sibi diuinam mensam
iussit. Percontanti dein' Patri, num
omnia subinde fuisset asecuta, quæ
postulabatur, plena solatio respon-
det: se à Deiparâ, quam ex præscri-
ptâ sibi formulâ inuocasset, ordine
doctam, quid credere, quid adora-
re in hoc negotio deceret: eaque
se

mēmoriā complexam exquisitē
allere. Sacerdos vt periculum me-
oriæ & fidem tanto beneficio
aceret, à puellā antehac rudi varia
discitatus, quæ primò accubituris
necessaria ab alijs fuit solitus exi-
ere, comperit, eam nihil earum
erum ignorare, quæ vel ad fidem
vel cultum SS. Eucharistiae debitum
desiderari à quoquiam potuere.
Pater igitur puellæ, cui Cæli Regi-
a dignata est honeste ad Dei mensa-
m accumbendi præcepta trade-
re, nihil negandum ratus, Matris
clienti Filium dedit. At puella in
magistræ suæ domicilium transitu-
a, postquam fuit SS. oleo inuncta,
ine morâ vitâ excessit; ne nostrum
urfur amplius post cæli lautitas
gustaret.

Non interim ad mortalium vo-
iem surdi auditores alij fuere:
quos inter fuit, cuius facinus vi-
ssim orbe toto mereatur audiri.
Cùm itaq; pro concione Pater ad-
uersus

uersus carnis illecebras multis agret, iuberetque, si vincere cupitates illas vellent, sibi bellum incere, ac S. Benedicti exemplo se pugnam spinis armare, qui omne voluptatis sensum inter vepre suffocarat: adeò fuit eâ oratione quidam commotus, ut illis vepribus pro stimulo virtutis usus, vel primùm sensit in honestas animi

Faces libidinis suos faces subdi; alterius Indi, dignebus quo diximus, fortitudinem æmula extincta. manum ignibus admoueret donec velut Salamandra inter medios ignes intus frigidus, pestilenter colorem extingueret.

Sed has omnes virorum pugnas velitationem potius quam prœlia pro defendenda pudoris arce fuisse credamus. Catharina vidua cum puello ultra Lucretias omnes non iniuriam tantum honestatis, sed conatum illi nocendi non sine pura triumphauit. Erat illa quondam coniugij fide præ ceteris matronis

Vidua
morte
pudici-
tiam pro-
pugnat.

onis præstans: quam laudem de-
ncto etiam marito ita tuebatur;
parùm contenta, foris honestam
ciuibus videri, nisi intus pulchra-
mam conscientiâ æquaret, totam
animi cultui addixerit. Utque
menta pudori apta subministra-
t, castæ mentis vigorem Angelo-
um Pane alebat; cuius imprimis
at appetens. Fortè postridie,
uām vires eo cæli commeatu re-
cerat, rus petebat, filio, quem ex
igitimo toro suscepserat, intra bra-
nia recepto. Verūm ut publico
tesauro facile prædo imminet;
anc quoque matronam insidiator
k occulto inuasit. Ac primò qui-
em euincendi amoris argumenta
o humanitate ac solitudine pete-
at. Posteaquam verò ab Amazone
lā, sanctius aliunde persuasa, nihil
ipetrare blanditijs potuit, ac illa
improbum sollicitatorem auersa-
, eius lenocinijs vultum honestis-
gis plenum reposuit; procax iu-

uenis tam probi supercilij imp-
tiens minas ac vim adhibebat. Tu
Catharina vires ab animo mutua-
inuasorem prætensâ dexterâ (na-
lœuâ puellum sustinuit) vt in virtu-
tis palæstrâ pugilem decet, fortit-
elusit : grauique vultu ac oratione
in barbarum amatorem versâ, t-
gris, inquit, priùs ac mille pestes
hoc corpus inuadent, quâm vt i-
lud cuiquam scurræ aut sceleri pre-
stituam. Si vim paras, eam vt ho-
micida vitæ inferes, nunquam pu-
dori. Nec vllis artibus efficies,
in tui aut vitæ gratiam mariti ma-
nibus ac toro hanc labem inuram
multoque minùs, vt heri ad De-
conuiuum admissa, hospitium ho-
die tanto sacrilegio profanem. Qua-
constantiâ perculsus alter, vt fer-
calidissima vina in acrius acetum
degenerant, ex amandi insaniâ in-
nocendi libidinem ruit. Quare mu-
liebri victoriæ indignatus è pro-
ximâ siluâ raptim lentum ramum
corripit,

rripit, quem in laquei modum
pius contortum Catharinæ nihil
in sententiâ vel nutu mutantis.
Ilo injicit; ac tandem illam ad
tremum usque spiritum honesti
nacem adducto sparteo fune suf-
cat, digno sanè mortis instru-
ento, si ramus e lauro fuisset, qui
in ipsâ morte tantam virtutem
ronaret. Non satis belluæ fuit,
tris funere suo furori parentâf-
nisi filium quoque scelestæ vl-
nis appendicem litaret. Ergo
ellum, quem mater in supremo
iculo arctissimè pectori adstrin-
bat, à morientis sinu auulsum,
ræ illidit; ac maternæ constan-
reum, cui vel tigris pepercisset,
nanis carnifex occidit. Tum
si eodem tumulo corpora pos-
et ac scelera sepeliri, vtrumque
tris ac filij cadauer terrâ obruit.
vt diu latere nec vitia nec vir-
s possunt; quin sol idem sepul-
noctu gemmas cum sordibus

suo exortu illustret; ita hoc que scelus longam noctem non buit, cuius tyrannidem dies & stigia detexere. Quibus exci Patres gemino funeri debitum norem habuere. Bina enim ca uera, ut quorum inquilini pro cœtâ causâ mortem tolerassent, lenni supplicatione ac appar curârunt templo Caciquiorum Regulorum humeris, non sine stiupo eoque minimè lugubri cœntu, inferri. Corporibus deinceps decenti loco repositis, pro cione heroinæ laudata virtus fuit quæ magnos propugnandæ punitiæ stimulos viris æquè ac femi addebat. Sicarius ipse tanti famoris postea pœnitens ad Catharinæ laudes hoc præcipuum capiebat: eam non aliâ magis de causa tunc à flagitio abhoruisse; quam quod reuerentiam Deo hospitem quem heri excepisset, deberi causa, nullum diceret se suppliciavit.

vt violati diuini hospitij imò
npli dedecus formidare.

EDVCTIO SS. MAR-
TYRVM JAPONVM.

Mille quadringenti incolæ hac
sede continentur: in quibus
ritò admirationi est ingens in-
Eucharistiam pietas, quæ toti
genti, vbi semel Christo ma- <sup>Pietas in
SS. Eu-
charistia</sup>
s dedit, communis, inter huius
ciues imprimis est spectabilis.
m vt orbi ostendant, intelligere
quem hospitem sint domi suæ
epturi; regios illi honores ar-
rum ramis in arcum flexis trium-
in modum decernunt, quoties
diuinam cœnam adhibentur;
atuti, quo intus apparatu ac-
bus peristromatis mentem ad-
stanti insternant. Neque paucis
ambrosia animi corporisque
es confirmauit aut restituit. Vn-
cantum hodie cælesti huic cibo
i tribuunt; vt vix quisquam in
L 3 hostem

hostem expedire arma sustineat
 nisi prius illius vſu vires roborauit
 Ob eam causam catechumeni ,
 parum firmi cogantur illa merita
 abstinere ; priusquam arma cor-
 piant , elui sibi animi vulnera E-
 prismo ante pugnam postulant;
 illa Dei annonā recreati maioritatem
 bore in hostem moueant.

*Eius dſ. f. frequens confir-
 matus.* Cæterum non prorsus impudicatus
 maritus ille coniugi suæ has epulaciones
 inuidit ; qui idcirco malè uxore
 domi accipiebat , quod tam laudabatur
 pateretur se toties à cælo habens.
 Quin impias voces iactare in coniugium & cibum ausus , multa indignatio
 vtrique loquebatur . At Deum
 animum tam malè nauseantem esti-
 rire tandem docuit. Ac primò tem-
 tari morbo cœpit; qui cum dubia
 euadendi spem faceret , vxor acce-
 sito Sacerdote mariti salutem in
 tuto locatura , ingerendum ægrorum
 cælestis pharmacum suadebat. Cu-
 pus mentionem egredier cum stomacho
 auer-

uersatus, impio risu panem, vt n-
il quois panificio dignorem, ex-
posit. Ita miser tantâ nauseâ op-
pressus, multò iam grauiùs animo
aborabat: cuius malo medicinam
Deus altero malo paraturus, Indum
b exitiali febri corripi passus est,
argo sanguinis imbre per orâ ma-
uantem. Tandem resipuit æger; &
estituto diuina libandi desiderio,
sacerdotem cum cælesti pane,
quem nuper impiè fastidiuit, ades-
e iussit: coram quo sibi ac scelestæ
inguæ vehementer iratus, mul-
is lacrimis iniuriam, quâ præter
Deum vxorem quoque affecit, de-
precatus est. Inde à Patre veniâ do-
natus, ingrauescente denuo morbi
calore sui fit impos. A quo æstu de-
num absolutus, adstantibus hilari
ore recenset, se à Christo Seruatore
manter ob priorem pertinaciam
fuisse reprehensum, iussumque ma-
gnâ auditate illi ferculo inhiare,
quod ipse omnibus salutis presidijs

236 Reductio

ac seipso condijset. Adiunxit v
sum sibi fuisse Christum blandier
tis in morem ori suo , vt cibum
succedere. Tam blandâ reprehe
sione mutatus Indus , iam totu
r ignem & delicias spirabat , post
quam Christum à Christo & Sace
dote accepit . Nec diu superstes
post illam cœnam supremæ quies
concessit , euigilaturus , cum cœl
classicum è tumulo citabit.

*Iydam
agram
B.V con
fatur.* Dei Mater in suum quoque se
xum pia , cum Filio beneficijs certa
uit. Inda matrona toto anno acer
bos dolores eosque continuos in
uictâ patientiâ tolerabat , solita
quotidie statas Deiparæ preces in
ter gemitus , non tam morbi quâm
pietatis testes , persoluere. Neque
verò toties salutata Cæli Regina se
gratis compellari ab ægrâ voluit;
quin tandem vocata maiestatem
suam ad decumbentis lectulum &
vota demitteret. Adest igitur cæ
lesti luce circumfusa , formarum
omnium

nnium miraculum, Dei Parens, ac
atronæ diurno Virginis penso in-
ntæ precibus interlocuta, melleâ
ratione morbidæ aduentûs sui
usam exponit: se videlicet post
salutes inter medios cruciatus
quot diebus ab ægrâ sibi dictas, re-
ondere ac referre modò gratias
aratam. Proin' vicissim se salutem
li & nuntium beatæ mortis affer-
e, per cuius fines esset ad sua cæli-
que regna transitura. Hac inuita-
one exhilaratam Virgo deseruit.
Interim maritus æquè in virtutem
ropensus ex agro redit: cui post-
uam vxor iam cælo plena, Dei
latris vultum & promissa expli-
uit, nihil inuitantis exspectatio-
em moratura, post breue tempo-
s interuallum vitâ excessit.

Ad viam alter à deuio calle
riùs, quād ad patriam inuitaba
ur. Erat is, antequam veritati ma-
sus daret, domi suæ præstigiator,
maleficiorum famâ inter suos olim

L 5 cele.

celebris. Ad nostra exinde sacra amissus, quod molestè patriæ & tati quaestus iacturam ferret, reliquit super sedes & antiquas, ut timebatur, artes repetit, alio maleficio salutis curam reuocandus. Ergo morbo opprimitur : quo tandem nondum cicuratus, à dæmonibus qui ægrotum inuadebant ad inferorum ignes abripitur, periturni meliores genij duo quantocum carnificum furorem repressissent. Quibus parcere nocenti ac facessere iussis, illi blandè nec pro meritum desertorem hortabantur, ut, si vellet imposterum illos ignes & mortalia deuitare, patriæ, ubi haec illa mala cuderentur, quamprimum pedem efferret, ac Christo eiusque asseclis denuo redditus, transfugit crimen elueret. Paruit igit monitoribus æger, ; desertoque lecto & agello ad oppidum regressus, vitam ad Christianæ pietatis leges it conformauit ; ut periculi sui triktem

em seriem enarranti fidem noui
mores adstruerent.

Interea fama , de Paraquarien-
ium institutione apud finitimos
aria , duos Gualáchos ad explo-
andam nouæ reipublicæ formam
suis finibus exciuit ; vt animo co-
àm intuendi, quæ spargi vulgò au-
diuerant , Vruaicæ litora sedesque
obirent : tum si in rem præsentem
ac famæ parem venissent , reuersi
uos possent ad æmulationem Chri-
tianæ politiæ cohortari . Consilium
fuit apud vtrumque successu me-
ius : quippe alterum ex his in iti-
nere tigris adorta , fædè laceratum
vitâ exuit , non exspectato Patre ,
qui de periculo admonitus , ad via-
orem protinus accurrebat . Sed
Patri propter inopinatam sui co-
matûs frustrationem sollicito mœ-
torem nuntius exemit : à quo didi-
cerat , Gualacho iam morti proxi-
mo è Reductione S. Annæ iuuenem
superuenisse ; qui antehac è Patrum

A Baris
baris no-
na colo-
nia sta-
tus ex-
plora-
tur.

*Dei Pra-
videntia.*

constitutio[n]e res Fidei nostræ tra-
ctandi peritiam consecutus , cùn-
casu tunc in moribundū incidere
ei per interpretē, itidem fortè præ-
tereuntem Fidei Catholicæ sum-
mam explicārit ; ac recte sentire
dolereque de præteritæ vitæ cri-
minibus edoctum Christiano ritu
abluerit. Tam dissimulato causa-
rum nexu Deus , tanquam aliud
ageret, Salutis nostræ telam absolu-
uit. Alter, qui tigriderem effugit, se
ipsum multò crudeliùs habuit.
Cùm enim vxor & filia, quas itine-
ris comites assūmebat, hanc Marty-
rum sedem cum marito attigissent
morbis illic oppressas , post cate-
chesin eodem interprete traditam,
Sacerdos noster aquis lustrauit
quæ simul ac sancto oleo fuere in-
unctæ , vitam cum exilio absolue-
runt. Ipsæ interim felicitatem illam
aspernatus, quam coniugi & filiæ
procurauit, patriam repeti: quam
tamen verius ante illum coniux &
filiæ tenuit.

Maius

Maius iter feliciori successu In-
a mulier à mortis regione ad vi-
entes suscepit. Ad eam vt proti-
lus morituram vocatus Pater cùm
am ædibus immineret, mortuam
intellexit : vt tamen aliquod viæ
retium esset, statuit defunctæ ma-
ribus è consueta Ecclesiæ formulâ
bene precari. Ut verò limen atti-
git, alia rerum æc decumbentis fa-
ties erat : illa enim iam antè con-
clamata , & reuera funus, vitæ de-
novo ac linguae recepto vñu Sacer-
doti disertis verbis affirmauit, om-
nino se proximè exutam vitâ ra-
giamque post mortem ad Christi
tribunal fuisse, incredibili pulchri-
tudine micantis ; ab eo se hilari ore
missam ad corpus redire ; vt Chri-
stianam doctrinam , cuius in illum-
diem rudis erat, altius imbiberet.
Tum si nihil in Christi scholâ igno-
raret, ad æterna præmia reddituram.
Igitur Pater à cælo submissam sibi
ex orbe altero discipulam diligens

*Mulier
Inda ab
vitam
& cato-
chesin
renersa.*

ter & compendio summa fidei capita edocuit: quibus instructa paulò post placidè obiit, iam longè peritior, & iam semel mori docta; v illic memoriae pensum Christo explicaret. Eam feminam idem ips Pater accedere olim ad diuinam mensam vetuit; quod ad Christianæ fidei elementa tardior videtur, eo cibo indigna: Spartanorum exemplo, qui iuuentutis desidiam inediâ castigârunt.

Senex re-
diuinus. Hoc mortis iter etiam senex integrissimus relegit: cui fidem vel idcirco nemo negavit; quod quæ in cælo à se in illo corporis velut interregno visa deliciarum ac pulchritudinum prodigia enarravit, omnem fidem & modum barbari ingenij excederent, nisi alium illic magistrum aut oculum habuisset. Rediuiuo perpetua veteris spectaculi desideria molestum ac longum illi vitæ reliquum effecere; quam tamen decrepiti quoque senes queruntur

untur tam breuem esse. Tandem
oti potitus, oculos foris à morte
& inferiora videndi fastidio clau-
cos, intus cælo aperuit..

REDVCTIO S. NI- COLAI.

QVadringentæ familiæ hîc à Pa-
tribus excoluntur, non eâdem
cum reliquis indole culturę patien-
tes. Sunt enim ob ingenij ruditatem
& insolentiam ad omnem morum
ac animi disciplinam difficiles: nec
beneficijs cicures, post victoriam
aduersus Brasilo - Europæos par-
tam æquè in magistros erant fero-
ces, atque in hostes ante fuêre..
Hinc Christianæ modestiæ fines
exosi, vt impunè sibi indulgerent,
multi ad patriæ, vel verius peccan-
di libertatem redibant.. Cumque
essent laboribus infensi; venatio-
nem, vt cuius labor & fructus esset
iucundior, agriculturæ prætulêtre.
Quam barbariem cùm edomare Pa-
tres,

*Incolarū
licentia.*

tres, ac sistere torrentem soli non possent; Deus obstinatæ gentis cœruiices non vno malo subegit. Etenim ex ijs, qui posthabitâ diuinarum curâ fugiendi venandiūe consilio nemora percurrebant, alij preda è venatoribus facti ferarum in sedentes concitârunt: alij serpentum morsibus petiti, concepto intra viscera veneno interière. Qui vero domi frenum impatientiūs admiseré, in ijs fames plusquam Saguntina miserabilem stragem edebat, Deo pabulum furori, ut flammæ oleum subducente. Et erat spectaculum etiam barbaris oculis triste, videre homines ob ultimam inopiam humani propè iuris oblitos, in vnâ sui curâ consumi: vt nec parentum in liberos pietas, nec filiorum in maiores reuerentia calamitatis alienæ sensum caperet. Ad eos nihil inter miseros commune præter miseriam fuit. Nec iam matribus annona suppetebat infantibus propriis.

Fames
ingens.

A Deo
tafigata.

ropinanda : ut non raro in siluis
ut agris è matrum iam putrescen-
um exhaustis vbetibus nati pen-
erentur, alijs in fugendi conatu
mortuis, alijs pro lacte animam
rahentibus.

A plebe dein' cælestis vindicta
gentis capita grassabatur. Dyna-
a enim, quem nullæ familiarium
reces à turpi fugâ retrahere po-
nere, cum denique inuitus domi-
nium non animum mutaret, in re-
itu parùm serio primùm à morbo
quæditur: inde cum vxor ac filij
bægro viatore, incertum quo con-
lio, profugerent, omni prorsus
pe destitutus, feris ac auibus in-
rædam cessit. Non multò mitius
cum altero regulo actum est, qui,
cum tumultuantes inquilini præ-
scriptos coloniæ fines ut carcerem
testati, sparsim ruri degerentur,
malâ fide in agro consedit, procùl
coloniâ dissito; ut nostris infre-
quentiam in templo ei exprobran-
tibus

Pennita
colonie
& rem-
pli fugæ

tibus causari ingentia viarum sp
tia posset. Sed infelix dolus in
put auctoris redijt; qui quantò lo
giùs à templo abfuit, tantò vicini
ad vltionem & periculum accessi.
Prædones enim Paulopolitani ei
exploratâ solitudine, facto impe
hominem cum totâ familiâ in se
uitutem abripiunt, serò suas art
damnantem, quòd vicinus esse he
sti, quām Deo maluerit. Eius tame
vxor cum filiorum uno elapsa, hu
se ex fugâ recepit.

Patrum iniuriā Deus ulciscitur. Patrum quoque iniuriæ Deo con
di fuêre, quorum fortunas tristior
quam vellent, exemplo se tueri ho
ipso tempore ostendit. Ex incol
huius oppidi ad alterum à Conce
ptâ sine maculâ Virgine dictum pu
blico nomine plures ruittebantur
qui eo loco stipem à Patribus illiu
coloniæ præsidibus emendicarent
egentibus in extremâ ciuium ino
piâ diuidendam. Eos è Patribus
vnus humaniter priùs domi habi
tos,

os, quibus potuit alimentis omnes
oneravit : nisi quod oblitus est ali-
quid carnis cæteris opsonijs adi-
cere. Illâ sarcinâ onusti Indi iam
stadium ab oppido Conceptionis
aberant; cum tres è reliquorum co-
mitatu indignati, negatam sibi à so-
cijs carnem fuisse, beneficioque ad
iniuriam abusi ; bouem, qui ad ar-
mentum Patrum spectabat, illic pa-
scentem inuadunt ; ac vindictæ suæ
in succedaneâ victimâ sacrificatu-
ri, in pascuis maestant. Iamque par-
te bouis, quam elixabant, absum-
ptâ, è veru, quod temerè de stipite
læuigabant, alias ad ignem pen-
dentes versabant, cæteris qui ieuni-
hosce helluones aspexere, nec den-
tem nec linguam in sociorum fa-
mam aut bouem stringentibus :
cum vltor Deus tres Indos, qui in
id ferale conuiuium condixerant,
repetundarum postulat. Quippe
corpore subito in tergum occultâ
viresupinati, vindicem Dei manum
agno-

agnoscunt: ac brachijs in altum
sublatis, hallucinante iam spiri-
tu, Dominicam orationem ac sa-
lutationem Angelicam ægtè expe-
diunt, nondum penitùs suæ salutis
immemores: inter quæ vindictæ ac
doloris indicia vitam cum vltimis
syllabis amittunt. Cæteri etsi vn-
dequaque à tam diris epulis immu-
nes, quòd tamen religioni sibi du-
cerent, vel nidore assi bouis se fuis-
se afflatos, biduo integro cibum sibi
omnem interdixère, alieni sceleris
metu consternati. Adeò seuerus
vnius bouis è religiosorum viro-
rum armentis abducti vindex Deus
est. Quid futurum putamus, si totas
illorum villas & iura inuasissent?

Eiusmodi malis Indi paulatim
mitiores, agros & animi ferociam
deserunt: alienisque casibus cau-
tiores de se spem faciunt, latiora
eos argumenta sequentium tem-
porum annalibus suppeditaturos.

REDVCTIO S. FRAN-
CISCI XAVERIL.

AE Des trecentas sexagenas mille
 Indi supra ducentos incolunt,
 loco maximè seculo: qui quòd in-
 cursionebus hostium non pateat,
 iam inde à suis initijs aliunde fu-
 gientium receptus fuit. In hac se-
 de, vt multa sunt hodie Indis cum
 Ecclesiâ veteri communia, morbis
 quoque medendi cælestis ratio ab
 ipsomet Seruatore tradita nouis
 prodigijs inualuit. Grauis in eum
 finem videri possit genti lues im-
 missa; vt morbus antiquo piorum
 ritu curatus, medicinam nostro
 æuo faceret, quo creditur vetera
 laudanda, nostris vtendum annis
 esse. Ergo incolas non malè cæterà
 moratos pituita inuasit, pestilenti
 humore exundans, quæ paucis die-
 bus plurimos depasta, grauius in
 teneram ætatem incubuit: quæ per
 se humidior tantò facilius noxia
 im-

Indoram
 morbus
 tattu re-
 liquiarum
 & letto
 Euange-
 lio cura-
 tus.

impressioni patebat. Id malum frigus etiam ipsum accedit, cum Indi seminudi in tam acri frigore quod tunc extra ordinem furebat necessarijs fomentis caruere. Ita irritati humores, quos compescer calor ac lenire debuit, quotidi quinos aut quaternos confecerunt In illâ morbi gliscentis clade cum alia remedia deessent, Pater oppidanos iubet in templo S. Francisci Xauerij opem implorare; ut Patroni nomen, quod oppidum illi uniuersum tribuit, velit apud Indos, hoc maximè articulo desertos, benefactis tueri. Cui consilio incolæ obsecuti statâ horâ frequentes adfunt, pulsu æris euocati. Tum Pater à prisca origine pium medendi ritum ex parte mutuatus, sumpto superpellicio, S. Francisci Xauerij lipsana singulis eo malo laborantibus admouet, solennia verba ē S. Marco præfatus: *Super agros manus imponent, &c. a* Atque ea religio a Marci 16. septi-

otimum diem tenuit, tanto me-
cinæ Christianæ profectu, vt eā
bdomade nemo prorsus ex illis
iam, quorum vita conclamata
m fuit, eo morbo interierit, iam-
ne ereptam morti falcam credi-
erint. Verūm ut incauta securitas
riculorum mater est, Neophyti
moto iam morbo, ceu subtracto
ne frigidiores, iam segnissimū diui-
s vacabant. Quare Pater gra-
ter eos adhortatur, ne lassæ pietæ
rei pro Patrono aduersarium si-
tutelarem Diuum faciant: ijs-
em artibus parta seruari, quibus
tinentur: salutem pio ardori
necessam, timendum ne in frigore
mittant: morbos postliminio re-
rsos grauius fœnire. Sed incelæ
neficijs deteriores ad officium
nâliter reduci, quam aduersis
tuere. Hinc iterum pituita infi-
e presertim ætati nocentior pue-
rum magnam stragem edidit,
se stimulis iterum suscitati lan-

guentes

guentes Indorum animi illico
termissa pietatis studia resumu-
Cum quibus valetudo pietatis
mes simul nuper eodem exi-
damnata sine morâ redijt; malo
desinente, vt ne vestigium quide-
in Indorum corporibus relin-
ret. Tanta vis est medicinæ, qua
constans vsus temperat.

*Catechus
enem con-
stantia.* Constantius animæ salutem
techumentus ille vrsit, quām Ne-
phyti morbum sunt initio depr-
cati. Is cūm ardenter à Patre, q-
tunc plures indos abluebat, Bap-
tismum expeteret, reptusam tulit,
maximè consilio, vt peritior redi-
ret; aut certe facto seriz voluntat-
periculo, plus apud eum dilatum
beneficium posset: vt sæpe flatu re-
iecti ignes luculentius exardescunt.
Non tulit mortam Indus: sed cat-
didatis Fidei insertus, altâ voce co-
pit vitæ suæ errata explicare, vt di-
uino lauacro eluenda. Ergo Pate-
cedendum tantis desiderijs, ratus
aqua-

quas ei salutis impertit, quibus
le, vt in tanto animi calore exhi-
ratus domum redijt, vnde proxi-
mè esset efferendus. nam postridie
immo mane repertus est vitâ ca-
re: cuius animus iam heri supe-
atis aquis dubio procul in portu
uit.

Non ita filiæ salutem, vt nuptias
uidā Dynasta procurauit: quam-
is ne illis quidem rectè prouide-
at. Filiae enim suæ, quam iuueni-
tius oppidi desponderat, mulie-
rem mundum pro nuptiali appa-
tu coëmpturus cùm SS. Trinita-
s portum peteret, inter nauigan-
tum ad vicum applicuit incolis-
huc idola colentibus habitatum,
ic ab impio præstigiatore, qui ar-
bus ne homine quidem dignis no-
en Diuinitatis inuadebat, se pas-
s circumueniri, diuinos illi ho-
res habuit. Inde portum ingres-
s, confectis ibi negotijs emptas
cerces domum referebat: sed ædes

M in-

ingressus alia omnia inuenit, fortinā mutati heri exemplum imitantur. Quippe filia, ad cuius ornandum Hymenæum illa patris expeditus spectabat, à morte futuro coniugii præcepta, paternum scelus luit a castigauit. eadem enim horâ, quod parens impostori genua submissi compertum est, filiam occubuisse. Scilicet ut pro Numinis, pœnæ culpæ admetientis, æquitate error rem aliis error expiaret; pro genitore mortem habuit, qui hominem nuper pro Deo colebat.

Indæ vir-
tus inter-
malos. Plùs quam virile facinus mulieris Indæ fuit, quæ inter hominem æquè impios diutiùs quam dynasta commorata, nihil deterior malorum societate redijt. Illam cùm Barbarus Christianæ legis expertus hortaretur, vt deserto exulatum domicilio secundum patriam reuiseret, non diu cunctata, prouocantem Indum sequi statuit. Cuius feminæ gestis si par itineris consilium

m fuit, nihil potest ei maxima-
n laudum negari. Nam cum In-
ad patrias sedes regressa, tantâ
stantiâ fidei ac pudoris integri-
tus retinuit, vt vllis neque mi-
neque blanditijs dimoueri se à
christianæ mentis integritate pa-
retur: & patrios mores in patrio-
bo exsecreta doceret, mortalium
ores, non terræ vitia sed animo-
n esse. Ad hanc animi arcem,
pugnandam nullum illi fortius
m fuit, quo Barbarorum vim,
estatem illi cum Christo eripe-
molientium, elusit; quàm cau-
do, nefas esse illius iram prouo-
cà cuius oculo aut vindice ma-
nec densæ noctes nec mœnia-
endant. Tam forti metu armata
in foris nulos arietes ac insidias
eret; tamdiu mentem illam in-
tot procellas inconcussam ser-
vit: dum à Barbaris latronibus
s tota suis è finibus expulsa in-
dantum seruitutem concessit.

Postquam verò Indi Neophyti
ipsos prædones debellârunt; azon illa cum reliquis libertati
dita veterem inter nostros oppo-
nos sedem obtinuit: ubi etiam
viua, cùm hæc ex Indiâ perser-
rentur, tot victoriarum conse-
tiâ & famâ fruitur.

REDVCTIO B.VIR NIS ASSVMPTÆ. VU GÒ BORORE.

*Iuculariū
militaris
virtus.* **H**oc est oppidum illud, cui
mille trecenti coloni Bra-
rum furori maximè vicini, à
gnandi necessitate armorum,
quæ etiam suopte ingenio fer-
tur, peritiam didicere: ut velut
raquariensis Prouinciæ iuratæ
cubiæ hostes in viscera ditionis
grassaturos, primo aditu non
victoriâ nobiles remouerint.
hanc spem gloriæ militaris pue-
teneris educantur, ut animos si-
ac corpora aduersus hostium b.

liqui

que incommoda indurent. Eo-
mardore docentur virtuti mili-
re, cuius hostibus perpetuò bel-
lum ita indicunt, vt aduersus om-
nes mentium corporumque sedi-
ones virtutis castra secuti arma in
ipsos vertant; si quos in se rebel-
les motus deprehendunt. Sunt ^{Studii}
im mirum quantum integritatis ^{integri-}
^{tatis.}
nantes: cuius excellentem curam
ties iteratis confessionibus ac vo-
ntarijs pœnis testantur. Vterque
xus pro gloria honestatis decer-
t, vt tantam contentionem, quâ
idicitiam contra exterorū eius fa-
lliaresque hostes propugnant,
c in Europâ quæras. Parthenij
rtē Sodales quot septimanis qua-
r aculeatis in se flagris animad-
vertunt; vt Virgini suum studium
exarmando pudoris hoste pro-
tent. Hos inter iuuenis fuit, qui ^{Formi-}
rnis insolentis stimulos toto for-^{capude-}
icarum, quibus se nudum obie-^{ri vin-}
t, examine fugauit: inde à for-^{dices,}

micarum morsibus toto corpori
tumens, nondum triumphasse V
nerem se credidit; nisi in vrti
quoque se versaret. Eâ victoriâ p
titus propè valetudinem amisi
qui ob id à Patre admonitus, ne p
hostis latus etiam amicum & co
morantem in eodem domicilio i
fontem perderet: quidni, inqu
mi Pater! præstet mecum ipso
ac vindicis personâ diuidere; quâ
vt fonti parcendo, æterno iud
totus displiceam? malo à pœn
perimi, quam à culpâ occidi: n
moriturus aliquid mortale præ
peccatum timeo. Ita iuuenis, vt a
tifex probus, operis sui ratione
sapienter non minùs quam fortit
exigenti dedit.

Iustius alias ex Indis hisce si
succensuit, qui quod minùs stren
Cupidinis arcum declinasset a
seruile supplicium corpus rapui
quod primò flagris lacerum, ad e
cramum fustibus miserum in mo
dum

um excruciauit. Has pugnas Ma- *Sodaliū*
ani potissimum clientes edunt; *B. Virg.*
ab cuius Virginis vexillis eò fiden- *virtus*
tis pugnant, quòd ab eâ sibi præ- *& reue-*
ter animos videant insuper pro an- *rentia*
tonâ Filium præberi: cui pabulo *in SS.*
à maximè de causâ audiūs inhi-
bit. Ne verò parùm digni, ad hoc
celeste ferculum fordes adferant;
otum mensem antè in omnes ani-
mi nœuos, ipsumque corpus acriùs
nimaduertunt: seque ut ad Cæli
autias honestiùs accumbant, ex-
quisito pietatis apparatu dispo-
unt. Docuit eos non accurata mo-
ò Patrum institutio hunc animi
itorem magni facere; sed ex orco
uoque auditus orator vniuersis
eligionem iniecit, ne Sacerdoti
biter animi superficiem exhibere
ontenti, negligérent omnes eius
atebras excutere. Tali adhorta-
ione mater filium apud inferos
ompellauit: qui tunc lethali mor-
o detentus, binas propè horas pro-

Eucha-
ristiam.

Matris
damna-
ta gra-
uis ad-
horta-
tio, de
SS.Sa-
cramen-
tis recte
abeundi.

mortuo iacuit, posteaquam ver
sommus ille yeris terroribus plen
ægrum deseruit, causam tot susp
riorum, quæ identidē edebat, pe
contantibus respondit, eos gemiti
sibi à matre expressos, quam ad o
cum delatus vndique stygijs ign
bus fumantem inter immanes ei
latus vidisset: à quâ in illo impro
borum carcere vicissim tristissim
sit oratione iussus eius interitu sa
pere. Ades, inquiebat illa, ades fili
in suppliciorum partem cum ma
tre venturus. ergo & tu vesanus i
æternam perniciem ruis, tot præsi
dijs aduersus omnem casum instru
ctus? è quibus, vt salutis perpetu
fontibus, si venenum fugis; næ t
infelix natus ac nepos presso ni
miùm pede maiorum & matris ve
stigia premis. heu! nimis quām
multi etiam è canâ ætate in vltima
calamitates per ipsa malorum re
media inciderunt, fune quo eran
à casu seruandi, ad gulæ salutisqu

exi-

xitium abusi: quando salubri sce-
rum confessione expandi, non
abitâ tanti mysterij ratione, eo-
em nefando silentio sibi ad ve-
lam & cælum viam intercluse-
int. Sum & ego infelix mater de-
xecribili eorum numero; vt quæ
aptismi cælestes aquas contem-
tū velut veneno infeci: quando
npiè iocata mihi ipsi persuasi,
mentum lauacrum præter caput
et pilos nihil abluere: & ideo fo-
s affuso latici animum & fidem
egaudi. In nunc, & quæ videris au-
ierisque, Patribus refer; vt illi à
ostris vicissim malis conducti vē-
ræ salutis præcones, ab impio sa-
rorum vsu superstites dehorten-
ur. Tu verò cura, vt non exspe-
tato alterius quam matris damna-
æ hortatu labes animi ad vnam
omnes integrâ fide Sacerdoti ex-
ponas; nisi velis confessionem, etsi
tunc penitùs inutilem, æternis à se
supplicijs extorqueri. Porrò quam

M s illic

illic fornacem vides, piceis flan-
mis vndantem, ijs accensa est, q
Patrum cohortationes ac doctrin
insuper habere, neque tanto animo
dolore, quanto decebat, detesta-
scelera consueuerunt. Hæc refer,
si sapis, caue. Ea oratio tot minis-
terribus referta, hos ægro gem-
tuſ & multò saniora dein' ob ad-
missas culpas suspiria elicuit: à quib
bus ritè quamprimum absolutus
obijt, matris consilia rectius, quā
viam fecutus.

Illa res deinde famæ & Sacerdo-
tis ore è superiori loco euulgata
dici non potest, quantâ religione
omnium oppidanorum animos im-
pleuerit: vt, et si antè essent sacro-
rum & mentis cultui addicti, iam
tamen longè maior esset vtriusque
apud eos existimatio, nihil iam Sa-
cerdoti in illorum animis imper-
ium, nihil illis difficile aut asper-
rum, quod non salutis causâ susci-
perent. multi totius vitæ præ-
ritæ

itæ rationem tam rigidè inibant;
 ut ne leuissimā quidem labem dis-
 simularent. Sic eadem flamma in-
 erorum iuxta & viuentium ani-
 nos, et si longè diuersissimo sensu,
 ffecit.

SED hoc loco materies longè am-
 bior se foris offert, quæ tum ad
 audanda Bororæorum (ita huius
 soci colonos vocamus) ciuium in
 alienæ libertatis negotio edita fa-
 rinora, tum Brasilo. Europæorum
 hedecora explicanda pertinebit.
 Evidem datâ operâ victoriam il-
 lam, quâ Paulopolitani sunt à Pa-
 raquariensi exercitu deleti, primo
 oco ut in fronte collocaui, ne res
 deinceps singularum sedium pro-
 prias persecuturus, decora vniuer-
 sæ genti communibus armis parta,
 calamo disungerem; verùm lauda-
 tâ semel omnium virtute, inde tan-
 quam ab Oceano, ubi se omnes a-
 quæ colligunt, digressus, fluminum
 dein' singulorum litora obirem.

M. 6 Hunc

Hunc igitur locum res à Bororæ
gestæ sibi vendicant, quas antequæ
aggregiar, paucis Paulopolitanis
belli reliquias ac scelerum pœnas
quas ab Europæis ac Brasilis præ-
donibus Deus repetijt, ut in transi-
tu perstringam.

*Paulo-
politani
varie
puniti.*

ERGO Paulopolitani superiori
clade affecti, collectis denuo à fu-
gâ, qui cædi supererant, militibus
communi consilio decernunt, quo
niā hucusque Neophytorum ar-
mis succubuisserent, fortunam in In-
dis à Christo & vitâ communi alienis
diuisis copijs experiri; persuasi-
cum feris sibi rem esse, quæ intr-
spelæa & nemorum recessus abditæ
nihil pro publicâ causâ laborarent.
Sed Barbaros nec ratio nec animu-
destituit, nam et si illi, qui Teresia-
nam nuper coloniâ & Christi cau-
sam deseruere, armis se ac numeri
*Strata-
gemaln-
dorum.* impares facilè sentirent: consilium
tamen ab astu mutuati, insigni stra-
tagemate alterius è Paulopolitani
mani-

nanipuli vires elusere. Illis enim
Tibiquarij fluminis oras infestan-
ibus obrui Barbari, ceu fortuna il-
los nihil veritos Brasilorum armis
obtulisset, sponte ut videbantur,
seditionem fecere. Quia verò tan-
ta promptitudo in tam ferocibus,
vbi de libertate ageretur, animis
hosti suspecta erat; præcipuis è
gente in vincula coniectis, plebem,
ut membra sine capite nihil ausura,
sibi permisere. At Barbari illi ser-
pentum more, quorum corpora
etiam auulso capite se mouent, illâ
præposterâ libertate offensi magis,
quàm placati, quòd mancipia suos
heros in vinculis conspicata, cre-
derent aliquid tristius compedibus
sibi pârari, noctis silentio sunt ad
seditionem abusi. Itaque intempe-
stâ nocte regulos suos primò cata-
stis exemptos, deinde eosdem du-
ces in imparatos hostes sequuntur:
qui à somno, & mox à Barbaris op-
pressi, cæsiq[ue] propè omnes fuere;

M 7 pau-

paucis exceptis, qui errore noctis pro duce vñi fugâ in adiacentes silvas euasâre. Ac nisi nox ijs tenebrionibus fauisset, bonis auibus Indi omnes illas Harpyias iugulâsent. Indi tamen, ne coalescere de nuo laceræ hostium vires in victorum perniciem altero die possent. Paranensium se copijs iunxeré; salutem, quam pauci propugnâssent, inter plures seruaturi.

Interea dum hanc stragem partitum vna fuit pérpetua; fama percrebuit, alteram turmam nihilo felicius pugnâsse: eam enim à Christianis Indis inter nemora circumuentam easdem scelerum pœnas omnium iacturâ luisse. Eodem fato decem alios Ducis Paulopolitani emissarios satellites è medio sublatos, afferebatur. Alij tamen ex illâ hominum peste mendacio virtuti Guarambacensium illusâre, ut cùm neminem bonum possent in suas partes in eâ latronum personâ, quareue-

*Frustris
hostiis
genuis.*

euerà agebant, allicere, alienæ fu-
o virtutis improvidis imponerēt.
Brasilorum enim manus ad Gua-
ambacām fluuium incolis eius re-
gionis occurrentibus mentita, ad
gnatij Abyazù (cuius auspicijs ac
luctu initio debellatum diximus)
opias se spectare, illos eo coñen-
to in fraudem induxit; vt imposto-
es velut amicos amplexi arma po-
nerent, paulò pòst neq; vitam ser-
uaturi. Hoc fabulæ tam feliciter
eractæ successu, cui complosæ In-
dorum suam facilitatem deploran-
tium manus plausum debebant, e-
recti Paulopolitani, statuunt denuo
esse ingenio pugnandum. Quare
qui non ita pridem præclari ducis
aruam suis consilijs induxerunt,
religiosum quoque nomen profite-
ri non erubuèrent. Ut enim Caaquen-
ses incolæ insidias speciosis pro-
missis obductas incautiūs vitarent;
famam ex condicto subornârunt,
quæ Indis fucum faceret, velut vnà
secum

secum Patres è Societate IESV inter
mi consilio adducerent, ab armatis
comitibus contra hostiū, qui Chri-
stum odissent, rabiem defenden-
dos. Quo figmento aliqui decepti
lupis illis, qui se iactabant ouibus
pastores afferre, in prædam cesse-
runt. Sed alij detractâ mendaci-
laruâ cautores, detectum hostem
armis propulsarunt.

Cæterūm quacunque amicorum
specie Paulopolitani se Indis ven-
derent, vindictam cælestem, ut qua-
solet reos à tergo sequi, nulla po-

*Guala-
chi in
Paulo-
politanos
seuiunt.* tuit in fronte larua decipere. Gualachi ergo, qui omnium Indorum
censentur ferocissimi, vindici DEO manus commodaturi, vt primū
prædones illos senserunt intra suo
fines oberrare, illic exceptos fœde-
dilaniarunt: pulpam enim omnem
immani carnificinā à crurum bra-
chiorumque ossibus abstractam pro-
ferinā inter epulas sunt depasti. De-
inde pilis per ludibrium toto ca-
pite

ite euulsis, corpora truncârunt;
uorum capita perticis imposta-
ro spectaculo è summis tectis o-
tentârunt. Idem sepulchrum cæ-
teri habuere, qui commeatum inter
barbaros quæsituri, macellum in-
enêre, quod suo sanguine imbue-
ant. Barbaris posthæc feræ succes-
Eis fere.

erunt; à quibus, præsertim tigri-
us, Brasili cum Tupicis flagitio-
am socijs ad supplicium omni ex-
arte rapiebantur, tantâ strage; vt
in campis ac nemoribus, quæ Gua-
uchos inter & Vruaíçæ fluminis in-
olas interiacent, semesa cadauera
parsique passim artus prætereun-
cum oculos ac nares offenderent.
Tellus adeò ipsa belli tam nefarij
ommilitones velut purulentum
rbis vlcus auersari visa est. quo-
unque enim infelix ille milès vel
liena inuasurus, vel sua tuentium
rma fugitus pedem intulit; pe-
tem post se, vt dignum tali pede-
vestigium, agris reliquit: quippe lo-
Pestilens
Paulo-
polita-
norum
vestigii.
cis

cis omnibus, quā commeabant, sub
nati vermes præsens frugibus vni
uersis exitium attulère. ac ne du
bitari posset, quin ex illo impio
rum hominum halitu offensus aē
in hoc virus degenerâisset; vicin
circūm agri nihil omnino incom
modi à propinquo malo patieban

Eorum manes in se conceptati. tur. Præterea ipsi quoque scelerun
auctores videbantur post fata suā
nefas damnare: vbicunque enim
olim castra metati in viuis, aut cum
Neophytis congressi sunt, dicuntur
etiamnum distinctæ se mutuò ut
sceleris aut cladis architectos ob
iurgantium voces audiri: succede
re ijs conuitijs armorum fragorem
ac inconditos nunc cædentiū nunc
cæforum clamores; quales in con
fusâ acie diuersaque partium for
tunâ solent inclinatis iam rebus o
tiri. Hoc sanè bellum rectè hisce
militibus congruebat, vt hostem
nequiorem seipsis nec apud inferos
nacti, in suos postremò manes pu
gnarent. Idem

Idem collatae ad impium bellum
 peræ præmiū potentissimo quon-
 am Vruaicæ regulo obuenit. Is
 deriyc dictus diu Brasiliorum
 astra & causam magno Chri-
 iani nominis odio damnoque se
 utus, cum ijs eò promptius foedus
 uijt, vt turbare Societatis IESV in
 animarum negotio susceplos labo-
 res posset. quotquot enim sciebat
 Christi aut Patrum partibus fauen-
 tes, Paulopolitanis per summum
 celus prodebat. Vnde non rarò
 indos nunc fraude nunc apertâ vi-
 dorsus, totos eorum greges vt ar-
 mamenta cogebat: quibus deinde ad
 brasilo. Europæos muneris loco
 tractis, apud alienæ libertatis lici-
 atores gratiam mercaretur. Ne-
 que illi desierunt venalem eius per-
 diam vmbratilis honoris quæstū
 ouere: nam vt hominem antè va-
 um amplius inflarent, publicum
 patronem amplissimâ appellatione
 Vruaicæ ac vicinorum fluminum
 Domi-

Indi
Paulo-
politanis
fauentis
digna
merces.

Dominatorem solenni acclamatio
ne salutârunt; addito scipione ho
noris illius insigni, qui plagiariu
llum vt turpiter empti honoris
mancipium nusquam aptiùs quâ
ia tergo deceret. Illâ potestate ian
multò ferocior, per plures annos
Christianorum fines perpetuis ex
cursionibus infestabat, & sub va
cuo Dominatoris simulacro scele
ris alieni minister, magnopere for
tunam Brasiliorum promouebat.
Tandem, vt nusquam fido nexu
perditorum amicitia, ceu lutum
cum ferro, coalescit, vbi regulus vi
dit, præter verba & inania nomina
nullum tam diurni laboris pre
tium esse; puduit illum, tot annis in
baculi vnius, nec auro quidem sec
stanno duntaxat obducti gratiam
alijs se sceptra comparasse: se Cha
mæleontem non esse, qui tantum
aurâ pascatur: non eo tantum sci
pione suam fortunam niti; quam
forsan in quoquis stipite, si alium fa
brum

brum non admisisset, felicius modo reperiret. Quapropter foedus male dictum & peius longe à Brasiliis habitum deserturus, cum fidissimis suorum fugæ se ac latebris credidit: quas ab omni indicio remotas in eum finem ultro subiit; ne explorari aut deprehendi à Paulopolitanis posset. Sed quia fugæ sanctiorem causam quam vitæ amorem & seruitutis splendidæ odium non habuit; hinc Numinis permissu in hostium, nuper amicorum manus & vincula incidit, quæ tot Neophytis olim ipse iniecit. Eius filium cum patre à fugâ retractâ, quod clam elusis custodibus ad Gualáchos configisset, Brasilorum libidines & non dignam paternis obsequijs mercedem exosa, patri extitum maturauit. Hostes enim inde in rabiem acti eum ut fugæ consciū, & idcirco, quod dissimulasset, praeter priora piacula reum, capitis damnarunt. Quâ sententiâ Nde-
riyc

riyc grauiter perculsus causam
vinculis apud eosdem aduersari
& iudices dixit , questus primò
quòd filiæ fuga pro scelere habe
retur: dein' si vel maximè illa fu
giendo peccasset, illam natæ iactu
ram patri antè acerbam non de
buuisse crimen vocari: cur se , qu
partem sui meliorem iam in filia
perdidisset, vellent altero quoque
dimidio totum exuere? darent tan
tillum seni , vt animam paulò pòs
suā sponte fugituram, adhuc possit
in vinculis seruare. Sed cùm surdis
hæc occineret, nihil in aures præter
supremum morientis suspirium ad
missuris; efferatus senex nihil pro
ficientibus innocentiae argumen
tis, hoc scilicet, inquit, seruatæ fi
dei pretium est? sic senis, qui plura
in vos officia quām pilos numerat,
canitiem ingratii hac denique pur
purā inficitis? Ut per omnia cru
delitatis exempla vestra rabies iret,
post libertatem, fortunas , vitam
inno-

nocentibus erectam, barbari fu-
ris summam in sene completis,
circo iam reo, quod nocentibus
m parum nocuerit. Sed merui
inc tyrannidem, merui: ut modò
os omnibus tormentis dignos, æ-
tis iure ad supplicia præcedam.
ura dicere parantis caput è Pau-
politanis vnum impacto gladio
ffregit, ac repetitis subinde icti-
is regulo deteriora, sed non his
dicibus, promerito vicem non
eritis verum flagitijs reddide-
nt, ignari, se irati potius Numi-
s, quam fugæ vindices fuisse. Ne-
que vltio cælestis eos præterijt:
uando in eorum pœnas ante &
ost Reguli mortem omnia planè
lementa conspirarunt, alijs tigriū
serpentum morsu, aut inediâ
reemptis: dum alij à torrentibus
sue malis absorbentur. Ut pro-
de spes sit, Paulopolitanas reli-
quias suis in reditu desperationem
iecturas: ne tanto viarum incom-
modo

modo ac interuallo ad tot pericula
per maius discriminem redeant. Cu[m]
enim trecentis Ieucis Paulopolitani
Paraquariâ distet; possunt & suâ
Neophytorum maiori securitatē
tot calamitatibus supersedere.

Indorum studium in fugitiis reducendis. POSTQVAM ergo Brasilo- Eui-
pæi omnes longè sunt è Paraquariâ
rię finibus repulsi; alias labor Ne-
phytos ob hanc præsertim causam
excepit: quod iminente hoste pli-
rimi ex Indis metu tyrannidis,
quam sciebant se à Paulopolitanis
si superiores illi euaderent, abripi-
montium nemorumque latibula
subiérunt, maiori salutis discrimi-
ne, quam fugientiū securitate. In
quippe, ut ramus nuper magno m-
su inflexus, docti in Christum pre-
pendere, cum nondum sine inflati-
entium manu ac operâ se spon-
sio officio continerent; repente si
relicti, facile ad ingenium redibant
ut fuga nécessitate quidem suscep-
pta, in uitæ feritatis amorem desi-
neret.

ret. Pugnandum itaque non cum
o solūm incommodo fuit; donec
mos Indorum amore solitudi-
, astuque dæmonis à communi-
à denuo auersos, ad oppida re-
carent. Superandi dein' erant
uccessi calles, per quos vel fugæ
ore, vel destinatâ publico ite-
n se subducendi voluntate Neo-
yti euaserunt. Ad hanc venatio-
n feliciùs instituendam decem
cursiones sunt à Patribus susce-
e; in quibus fructum cum labore
das de victoriâ certâsse. Nam
centi ex antris & ferarum cubi-
us extracti ad veterem stationē
reducti. Idque Neophytorum
ecipuè non operâ modò sed æ-
nâ gloriâ effectum est. illi enim
eruatum velut ad prædam Pa-
m auctoritate emissi, fugitiuos
redibili charitate ad redditum
luxerunt: quando ne exules cau-
i valetudinē possent, non pauci
aginta leucarum interuallo æ-

gros, ac tanto itineri non pares, h
meris exceptos ad oppidum c
portarunt. illis sarcinis onusti
dua & impedita nemora læti p
reptabant; cum interim, quod a
morum alacritatem assequi ped
nequirent, raro vltra duas leu
toto die promouerent. & quod
illius obsequij gloriam accresce
erant illi ipsi Indi Isabì fluminis
accolæ; quibus cum Vruaicensib
olim, antequam Christo se man
passent, perpetua odia & capita
inimicitiae intercedebant. Ad
Christi iugo ferocissima ingenii
mitescunt; ut quorum non ita p
dem solebant carnes esurire, illi
rum modò salutem tantâ conte
tione Indi sitirent.

*Indi re
ditus post
varios
casus.* Memorabilis imprimis est Bor
räi ciuis reditus. Is à Nezù insig
niti præstigiatore, qui diuinitatem stu
te sibi arrogabat, ad recipiendo
patriæ superstitionis ritus inuita
tus, eius hortatu solum & animu
muta-

utauit, vxore ac liberis sequi per-
diæ ducem iussis. Ac vt semel ca-
to plures pedicas impostor inij-
ret, multas illi pellices obtrusit,
marum amoribus irretitus, nihil
e salute aut fugâ somniaret. Sed
eus hominis conditionem mife-
tus, lethargum, quo erat transfu-
peritus, saluberrimâ vexatio-
discussit, quippe cùm illam o-
m perpetuò Paulopolitani tunc
rcurrent, sèpius mutare sedes
etu hostium coactus, vrgente i-
ntidem salutis curâ, debuit vo-
ptatis obliuisci. Ita fugæ prioris
enam fugiendo iam toties per-
ssus, diuersis irruptionibus Bra-
orum omnes pellices amisit. Illæ
atiam apud hostes inituræ, non
is idoneo loco suas olim delicias
s laudârunt; eum videlicet, à cu-
foro essent auulse, viribus etiam
imi præstare; quem crederent
bus Brasiliorûm non parùm fore
lem, si in illam prædam incide-
N 2 rent.

rent. Quâ viri commendatione
lecti prædones toto anno Boror
hominis libertati insidias struxer
donec in Tupicoru oculos & pre
pè compedes incurrit. Ab ijs vt
expediret, ratus præstare, vulner
tum ab amico, quâm integrum
hoste ligari, tamdiu vim intenta
tibus est obluctatus ; dum iratu
hostem à vinculis ad arma prou
caret : à quo septem vulnerib
confossus, victor hostilis consi
ipsâ fugâ triumphauit ; quâ vt he
nestâ labem nuperæ expiaturus,
nostras iterum partes & sacra con
fugit. Illic ritè curatus vtrinque
corporis animique sanitatem rec
pit. Tantam felicitatem non ini
riâ post Deum ac Cælites vxori ma
ritus adscribat, quæ iussa coniuge
sequi, ab animi ac veri Numinis cu
tu toto quinquennio, quo debu
exulare, nunquam discessit : qui
ut cum marito ipsa non nisi Chri
stiano ritu ad agonem supremum
in-

Vxoris
pietas.

structa è viuis abiret, quot die-
us Cæli Reginam per consuetas,
decades salutatam precabatur. ad
mas preces ut faciliorem Deipa-
m haberet, voto se obstrinxit, fi-
em coniugij se contra quoscun-
que adulteros etiam vitæ impen-
o tutaturam. Votis adeò castis
on tam matrona, quam Dei Ma-
r tenebatur, ut pudicæ coniugis
pertati & conatibus in quo quis di-
rimine faueret. Etenim annum
tum Paulopolitanos ac Tupicos,
à causâ omnibus latebris immi-
entes, perpetuâ fugæ felicitate
usit: vt, quamuis febri fracta pro-
eratis itineribus non putaretur
ffectura; nihilominus quoties
gam honestatis periculum suade-
it, recentes sibi vires accedere
ntiret. Denique post varios ca-
s cum marito & geminâ prole ad
ristinam sedem reuertit: ubi non
ultò pòst ante obitum voto & SS.
acramentis potita, domi mortua

est, vel verius ab exilio ad illam p-
triam appulit, quam utinam omi
Sandri Brasili expugnarent ! Antequa
menstrui decederet, Patribus asseruit, D
cultus, & culti nomen, qui ei è menstruâ sortitio
utilitas. ante exilium in Mariano cætu
tigerat , illo quinquennio se p-
amuleto circumtulisse : eius op-
in aduersis rebus inuocare solita
semper sibi præsentem sensisse : r-
arò se Barbaris cum febri luctari
superuenientibus elapsam , subi-
addi sibi nouas è cælo vires co-
perisse ; quibus instructa prædon-
a tergo instantes anteuerteret. Ta-
facilis fuga est animo virtutem
cum instar omnium portanti.

Insigne Hanc pudicitiae palmam coni-
puella gi propè virgo præripiat, vt in al-
facinus. no solo ac tempore natam. Erat il-
tunc vnde uiginti annos, sed no-
dum Christo nata , quando Pauli
politanis in prædam cessit. ab il-
ad flagitium, tanquam belli iur-
compulsa , tam turpe obsequiu-
voce

oce minimè seruili non deprecata
t, sed funditus negauit: quòd di-
eret, se in cæteris rudem, honesta-
s tamen disciplinam callere: per
nius leges nemini liceat in ius alie-
i corporis inuolare; nisi mutuam
trinque fidem antè pacti, solenni
ormulâ in manum conuenissent.
am doctrinâ credibile est, à Neo-
hytis puellam hausisse. Illis autem
im parantibus, cum videret se vi-
bus imparem, ingenio euasit. Ut
nim Paulopolitanos animaduertit
ltimâ cibariorum inopiâ labora-
e, procos illos à nocendi consilio
uctâ subinde annonæ spe auoca-
it, pollicita, si gratiam sibi tantif-
er pudoris facerent, eum se allatis
nemore radicibus, quibus famem
lacarent, illlico redempturâ. Bar-
ari lenones in illâ sexûs & ætatis
mperitiâ nihil fraudis veriti, quòd
nullent tunc scelere abstinere quâ
ibo, facile puellam eâ veniâ donâ-
unt, At illa eo commento scеле-

ratorum hominum libidinè substracta , radicum loco latebras quæ uit ; in quibus omnem insequent industriam frustrata , per longa demum viarum ambages & per cula huc aduenit. isthic in ampli xus longè castiores admissa, vtrumque parentem saluum & Christi nà fide imbutum salutauit , tantrinque gaudio, vt ob inexspectatum occursum , quolibet alterius vitam aut libertatem pridem clamante , diu in promptu nec valem nec animum haberent. Filii deinde, vt se totam parentibus dereret , eorum hortatu petijt Christianorum numero accenseri; inter quos magnâ incolarum gratulacione recepta est , bene ominusantium quantis incrementis puellæ virtus esset in pingui solo profectura; qui in sterili quoque arenâ radices egisset.

*Fratrum
& soro-
rum in-* Alias interea prædas centum & quindecim capitū Ignatius Abiaz huins

huius loci Achilles egit. Quos inter
iuvenis viginti quinque annos na-
tus solitudinem suam in duarum
sororum ac fratri natu maioris ia-
cturâ deplorabat : è quibus illas
Barbarorum ludibrio relictas , al-
terum hostili ferro sublatum ratus,
æquè superstitum pudori ac per-
empti fratris morti illacrimauit .
Inde cùm in Bororæorum cœtum,
qui spectatū aduenas ad litus pro-
dibant, miserabili obtutu oculos
etiam ipse hospes circumferret ,
velut in omnium cultu cognatum
sanguinem aut alienas lacrimas de-
sideraret ; subitò è sororibus vnam
in turbâ agnoscit, quæ cùm aliunde
ab exilio reuocata ei spectaculo in-
teresset, magnum fratri theatrum
fuit, in quo sororem adhuc pudi-
cam conspicatus, duorum absen-
tiam paulò modestius tolerauit ,
etiam sorore fratrem in fratre mi-
tiùs lugente. Adhuc attoniti mu-
tuò in vultibus geminorum oculi

N s hære-

hærebant, ijsdem lacrimis, quæ
dolor elicuit, causam in recente
gaudio mutantibus: cùm secundum
flumine cymba allabitur, quæ fra-
trem iam diu deploratum ad litu
fratrum amplexibus exposuit. ei
aduentu aucta lætitia, diu verba
non habuit, quæ in obuij fratribus sa-
lutem depromeret. demum qua-
drante seriùs soror natu minor ho-
stium vnguibus aliunde erepta fe-
licissimum quaternionem absoluit
cuius ex tam dispari fortunâ denuo
coalescentis quâm arctus fuerit
nexus, nec fratres coniçere, ni
experti possunt. Atque in hoc di-
uinæ prouidentiæ circulo extrema
quæ ignari mortales credunt à se
læuâ dextraque discedere, Deo ar-
tifice tandem multò iterum arctiū
iunguntur.

Simile exemplū etiā pa- rentes recrea- nti Non dissimilis fortuna filium se-
ptemdecim annorum filiolamque
toto decennio fratribus ætate mino-
rem, parentibus restituit: qui inter-
suos

suos dominatu & virtutis opinione
clari, Patres adibant, vt ademptis
liberis, solatium ab illis captarent:
quibus natorum tristem, vt cense-
bant, amissionem non sine suspi-
rijs exponebant; rati liberos ad pa-
rentum & pignorum calamitatem
à diuersis plagiarijs abreptos cum
seruitute solitudinem tolerare. Sed
has quoque lacrimas paulò pòst
superueniens, nec ipso filio ingra-
tior nuntius siccauit. Iuuenis enim
non ita pridem in coloniâ Sancti
Francisci Xauerij salutari vndâ ab-
latus, cum litteris aliunde ad Pa-
tres mittebatur: quas vt tabella-
rius coràm traderet, ad conspe-
ctum bonâ mœstorum parentum
veniâ intromissus, omnia læta de
filio parentibus afferebat. erat e-
nim is ipse, quem illi tot desiderijs
non omnino inanibus à superis &
exilio etiam præsentē repetebant.
Tum verò parentes illo sanè optato
nuntio exhilarati, nihil iam filio

metuebant, quem adstantem intui-
ti, cùm se præ gaudio non cape-
rent, arctissimè amplectebantur, e-
redundantis lætitiae magnitudine
vt incolis & aduenis ad tam rarum
spectaculum excitis ad vnam do-
mum tota penè oppida conflu-
rent. In illo agmine filiola quoquā
aderat, adhuc ignara, quòd fabula
hactenus tanto plausu actam ipsa
esset clausura. quæ postquam in illa
ciuium obstantium compressione
oculo viam aperuit, fratrē à paren-
tum osculo pendentem intuita, sine
morā filiam se ac sororem prodidit
vbi verò in parentū ac fratribus con-
spectum venit, anceps puella, cuius
collum primò inuaderet, diductis
brachijs quemcunq; obuium è tri-
bus acceptura, diu stupenti similis
nihil nisi nutibus egit; quibus mo-
dò parentibus modò fratri primas
amplexandi partes deferre visa est.
parentes vicissim velut subitâ sere-
nitate post illam tempestatem ca-
liga-

garent, oculos adeò suos & puel-
e vocem de ludibrio suspectos,
ex demum erroris absoluerunt:
onec animis ex insolenti fortunâ
collectis, promiscuè natus cum pa-
rentibus in paratos filiæ ac foro-
s amplexus certatim irruerunt.
Hanc amantium historiam ceu re-
iuuum Eustachium præsentes
mnes ingenti suâ voluptate non
ne lacrimis spectârunt.

At primariæ inter Indos nobi-
tatis regulus, cùm & vxorem se-
um & natam haberet, ne in vi-
inorum hostium tyrannide se
uosque amitteret, vltro ad Bo-
oræam coloniam festinavit, desi-
lerio Christianæ legis alterum illi
alcar ad fugam addente, salubri
amen consilio tunc facultas de-
fuit: neque enim in promptu nauis
erat, in quâ Vruaicam secundo cur-
su ad hanc coloniam enauigarent:
neq; moliri in adsito nemore nouâ

*Pericu-
losa pre-
salute
nauiga-
tio.*

fabricam metus hostium sinebat
quod si vellent pedestri itinere de-
stinata exequi; siluis omne litus cui
cum quaque occupantibus, null
conatu per intricatos arborum a-
virgultorum flexus penetrassent.
Sed neque vado poterant impun-
flumen sequi, præcipiti altoque
fundo vestigia non admittente. In-
terim ancipiti curâ viæ rationem
ineuntibus hostes iminebant. Tun-
verò ausi omnia pericula salut-
posthabere, vndas natatu perten-
tant. Matrem filiolâ in humeros
susceptâ ægrè domandis vndis pa-
rem, subinde maritus leuabat, nunc
humeros baiulæ simul & sarcinæ
subijciendo, nunc manu coniugis
in illâ iactatione deficientis artus
firmando: donec iam fluminis al-
ueo receptis vires ex toto defecere;
vt omniū incerti, tandem languen-
tia corpora vndarum arbitrio per-
mitterent, haud dubiè in tam con-
citato fluvio aut absorbendi, aut

cau-

utibus illidendi; nisi humana au-
ia desperantibus fuisset è cælo
buentum. Cùm enim, vt fatiscen-
scarinę, iam aquam admitterent,
vndis non semel sepulti: en cym-
demū vacua temerè alicubi flu-
inis æstu abrepta, ad perituros
labitur. quo Numinis beneficio
i, facili negotio in aduersum li-
s euassere: inde aliā nauī ad por-
m & meliores aquas descensuri.
uipe vix ripam contigerant;
im in quinque aliōs incident, qui
liciūs traecto flumine, quòd ean-
em fugæ causam & viæ haberent,
rnione illo in suam nauim rece-
co, denique Bororæum litus te-
uerunt. Tam fido auxilio pericli-
ntes cælestis fiducia sustentat, si
on otiosam Deo manum præ-
eant.

Ne vllum iter intentatum Indi
elinquant, quo ad salutem itur, *Indus ad
Baptis-
mum*
iam reptantem fistimus. Is non. *reptat.*
um positâ superstitione, Guala-
cho-

chorum ac Paulopolitanorum i-
gum excussurus, fugam adornab-
sed infelicem : à Scyllâ enim i-
Charybdin, hoc est, Tupicos, qu-
bus cum Paulopolitanis fœdus e-
delatus pessimè multabatur: vt m-
tilatis auribus fædè toto corpo-
vulneratus pro mortuo à sicarij
relinqueretur. In illâ solitudine m-
liori à Deo mente donatus, damn-
to errore, ad quem euitandū pri-
illa fuga nondum spectabat, vir-
corpori negataſ ab animo sumit,
longo itinere humi afflictū corpo-
trahens, ad Vruaicæ tandem litt-
perreptat. Illic non portū tantū
sed amicos reperit; duo namq; It-
di, sanguine ipsi iuncti, solatium m-
tam sanguinis quam calamitatis
communione illi attulerunt. horum
alter quatuor sagittis confossum, ill-
in capite & aure saucius, fortuit
inibi hærentem nauiculam cum ad-
uenâ conscendunt: quam secund
flumine delabentem Bororæi inco-
lae in

in aliâ naui ad pîscationem illam
gressi exceperunt: ægris illis, qui
sunt in sicco destituti pisces, ad
christianas aquas anhelabant, li-
ter tam pij nautæ arbitrium se-
uentibus.

Credas Dei sapientiam Euro-
peis oculis in Paraquariensi thea-
tro ludos adornâsse: tot admiran-
tis fortunæ, amicorum, parentum
et liberorum errores occultâ sed
alcherrimâ serie, penè quotidie
is annis euoluit; nodis intricatæ
alamitatis non præcipiti ferro ab-
suptis, quod Alexander & homo
ecit, sed ordine ac sensim exsolu-
s, quod diuinum est. In partem <sup>Cenius
sibi restia
tutus.</sup>
cenæ regulus ille venit, qui vt

Paulopolitanis securius abesset,
itam in vili casâ procul ab homi-
num ac viatorum consortio tole-
bat. Eius vxor cùm in siluam
gressa obuiam ex aduerso tigri-
iem videret, metu exanimata,
mmani eiulatu nemus complebat:
qui

qui clamor ad aures mariti del-
tus , ei suspicionem iniecit , pra-
dones in hoc quoque nemus gra-
fatos , vxori malum parare : que-
nt à se post depositam coniugis si-
ludem auerteret , alia parte festina-
tō se in siluam penetrabat. Inter-
vxor mori certa , delectu mortis l-
borabat ; cùm dubitaret , satiūs r-
esbet , feræ gulam explere , an ver-
præterlabentis Vruaicæ vndis hau-
riri. Ita deliberanti sententiam
necessitas dictavit , tigride arma-
tis iam vnguibus in feminam ruen-
te : cuius furorem ubi tantisper de-
clinauit , in flumen præceps desi-
lijt , prorogato saltem interitu tar-
dius moritura , si aquas ferâ nihile
mitiores esbet habitura. Verùm vn-
da fidem natanti præstitit : vt ac-
insulam fluuij scopulis horrentem
natando prouecta , eodem tempo-
ris articulo appelleret , quo Boro-
ræi emissarij nauigium illuc age-
bant : qui Indam geminæ mortis
discri-

discrimine defunctam ad oppidum
o tembo deduxerunt. Subinde
maritus à Christianis exploratori-
us aliâ excursione agnitus, cùm
non grauatè pateretur se ad colo-
niam deportari, obambulantem in
vatore coniugem primam habuit,
quæ in ripam exscendentis salutem
gratularetur. Atque ita diuina con-
silia, quæ creduntur à mortalibus
malè institutis fluminum instar ter-
ræ gurgite absorberi, alibi multò
potentius erumpunt.

Indum à latronibus illis è furcâ ^{Indus &}
suspendendum Neophyti laqueo, ^{suspен-}
quem carnifex iam stringebat, exerce- ^{atio ser-}
merunt; à quibus cùm ad Boro-
ræum oppidum duceretur; illic so-
torem, quam vt mortuam dudum
defleuit, suæ quoque morti illacri-
mantem, viuam reperit. Eadem
felicitas fratrem fratri post longius
interuallum restituit. Tupico cui- ^{Liberata-}
dam triginta ipsos annos inter Pau- ^{tis &}
lopolitanos commorato, in illâ su- ^{salutis}
per- ^{amoris}

perstitionum caligine meliores
nonnunquam veritatis radij cal-
tus alluxerunt: cuius lucis benef-
cio à deuio tramite rectum iter in-
gressurus, cùm sèpius ad Néophy-
tos huc concederet, apud fidei pro-
ditores domi fuit prodigionis insi-
mulatus; ac idcirco bis acriter fla-
gris seruilem in modum cæsus, a-
loris compedium loco adstrictus
in custodiâ attinebatur. At ille in-
dignatus, curâ salutis apud impio-
tanquam crimen vinculis plecti, co-
riaceos funes tamdiu dentibus at-
triuit; donec manibus ori succedē-
tibus compedes & moram omnem
abrumperet: eam pro fugâ noctus
haud ita multò pôst ad nos confu-
git; tam sibi libertatem gratulatus,
quàm seruituti fratrìs ingemuit.
eum enim inter Paulopolitanos re-
lictum non dubitabat, malè fuisse à
Barbaris acceptum. Patres homi-
nem de incolumitate fratrìs bene-
spérare iussum, hortantur, velit
etiam

iam ipse tam piæ expeditionis
imes esse, quod cùm minimè de-
ectaret; foris inter ægros quos
humani prædatores viribus de-
itutos morti & feris in viâ obij-
ebant, fratrem agnoscit, mise-
confectum: qui tamen vultu ac
bsequio fratris recreatus, non
a diu pòst ex toto conualuit:
et dices, aut mortem aut mor-
um, quò minùs aliquid in fra-
trem auderent, fratris dentes ti-
nuisse.

Rarum puellæ non nisi decem ^{Rarum}
c quatuor annos natæ facinus diu ^{puella}
_{facinus.} in omnium ore fuit, dignum,
uod neque posteritati excidat.
am profugi post acceptam cla-
em Paulopolitani inter alios,
uos ille fugientium torrens ob-
ios abripuit, captiuam abduxê-
e. Quod exilium ingenuæ puel-
le natuam honesti curam haben-
is animum ad magnos conatus e-
exit. Etenim quòd Indorum, qui
Pára-

Páram & Vruácam accolunt
virtutem ac raram modestiam P-
trum è Societate IESV operâ pr-
curatam audiret passim celebra-
cælo tam castæ menti faces subder-
te, studio Christianæ pietatis ita
exarsit; vt non sit verita, insolentia
nauigatione votis suis velificata.
Quippe cymbam, quæ vnica turba
in litore fluctuabat, nemine consili-
aut facinoris conscio, sola conser-
dit: tum soluto anchorario fune
tanquam animi causâ ripam obitu-
ra, sensim se patitur ad fluminis al-
ueum abripi, conatu in speciem in-
utili fluctibus obniti visa. At vbis
medium fluminis tenuit, ad aper-
tam fugam remo nauigium incita-
uit. Interim, qui ad oram fluminis
initia puellaris nauigationis rise-
runt, audaciam deinde remigantis
mirati, impatienter ferebant, sibi à
puella illudi. Quare Barbari om-
nes aduersus vnius virginis ac cym-
bæ classem pugnaturi, nauigantem

ex

omni parte telis ac plumbi gran-
ne petebant. Illa tamen aduersus
nnes insanientium terrores tam
nctæ fugæ causâ pro amuleto vfa,
deò non læsa telis aut conterrita
uit; vt sui penitùs in præsentî pe-
culo secura, tanquam aliam me-
m ea iacula spectarent, extremis
morum palmulis per ludum le-
ter impactis, vndas exerceret.
Post illud fortis animi specimen, ne
meraria diceretur, in aduersum
tus propulsa, deinceps alueum
tauit; vt magnis iactationibus im-
m, imminente exitio citius se pos-
et in litus ejscere: frementibus in-
rim Barbaris, illam ætatem in illo
xu nulli telo pertulam, omnes vi-
rum iras ridere. Iterum deinde
ad admirationem à furore conuer-
puellæ facinus extollebant: seu
uerà hoc audacië miraculum stu-
erent; seu simularent, se virtutem
hil metuentis admirari; vt laudis
uctum vltro ne o reditu capturam:

ad

ad perniciem inuitarent Sed Amazon illa , quæ aperto Marte inerm tot viros & pericula superabat, tentes etiam post laudem insidi euasit. cùm enim plurium captiuorum exemplis didicisset , quām infamis inter pudicitiæ hostes puerarum seruitus esset ; pluris illorum odia quām amores fecit. Honestatem itaque in littore naufragatram maluit vndis credere : atque ita à flumine nauim paulatim è Barbarorum conspectu abripiente , i Bororæorum manus post aliquot leucas traditur. Illi prædam benignè exceptam ad oppidum prosecuti , Patribus obtulerunt, ad Fide nostræ capita erudiendam. cui deinde probè exultæ P. Prouincialis ipsemet Franciscus Lupertius à zurbano salutares vndas affudit, & nuper redemptam à barbarie Bar. baram vocauit , vt in illâ compulsione, prioris fortunæ & recentis beneficij meminisset : Agathoclis
exem-

exemplo, qui è figlinis iam rex biebat; ne obliuisci posset, se natum figulo fuisse, Barbara tot casuum iuxtrix etiamnum vitam agit illis nitijs parem, cuius constantia ne-no in continentia miretur; quando super à tot stantibus oppugnata, nec in vndis fluctuabat.

Post spectatum puellæ robur tri-
nus puellus diuinæ curæ gloriæ
vehementer illustrauit: tanquam *Trienniū
puelli
fames &
salus.*

Deus, ne in minori quidem mundo
iliqua ætas ceu elementum esset,
ælesti beneficio vacua, omnium
stationem suam morte aut iniuriæ
leserentium lacunis communis pa-
cer succederet. Iacebat ergo ad A-
raguæ fluminis oram mater in-
æterâ viæ hinc inde succumber-
tum turbâ, à Paulopolitanis negle-
cta, quos assequi fugientes ægra-
non potuit: in quâ solitudine cùm
nihil præter morbum & trimulum
iatum secum ferret, post paucos
dies ac rerum omnium inopiam

O etiam

etiam vitâ destituitur , relicto posse filio , qui calamitatis & emortu vberis hæres hoc vno capite nemiser nec solus fuit , quod ob ætatis illius inficitiam nesciret se miserum & solum esse . Hinc quòd pellus heri natus necdum didicisset mortem à somno distinguere ; matris nonnunquam vultum ac oculos pertentabat , num discussâ quiete impetrare à vigili blanditias au lactis copiam posset . Ast ubi illatoties puerili candore à filio lacesita , ad neutrum officium euigilauit ; ipse non exspectato assensu ob inediā propè iam matri quam sibi similior , materna vbera inuolauit ut à mortuâ parente vitam sugeret . Verùm postquam & isti fontes exaruere , nec excutere somnum morienti potuit ; egestas nouerca puerum à matre auulsit : à quâ hactenus nullo cadaveris iam putrescentis foetore se dimoueri patiebatur . Igitur exhaustâ iam matre , aliunde

anno-

nonam paraturus, vt fames est
otima laborum magistra, puer-
ngiùs à parente proreptabat; ac
dici frumenti grana, quæ hinc il-
lic sparsa aut obtrita collegit, vt
nque laboriosè, dentibus non-
m ad illum vsum firmatis, subi-
bat. Ita cùm dies decem post
tris obitum suus ipse pincerna
œconomus iuxta exanime cor-
s accubuisse; à Bororæis excur-
ribus deprehensus est, mortuæ
tris cadaueri semimortuus inni-
Quæ facies tam misera super-
nientibus lacrimas expressis, bar-
riem illam exsecrantibus, quæ
calamitatum mater matres fi-
rum funeribus tumularet. Ac
enti quidem iusta tumultuarijs
quijs persoluerunt: filiolū verò
adaueroso matris lacte ad pu-
rem vitæ venam & Patres ad-
xere; à quorum vno Christiano
aquis tinctus, Ecclesiæ matris
tra quatuor tantum menses de-

O 2 gusta-

gustauit; cùm iam alijs epulis maturus, ad Cæli ambrosiam euocatur.

*Reguli
clemens
vindex
Deus.*

Verùm vt hæc planta nondum firmatis radicibus potuit tota è lignâ tellure euelli; sic Caziqui siue Regulus, vt annosa quercus grauiore iœtu fuit è scelerum silæ exscindendus. Erat is iuratus patatis hostis, quam in Patrum sanguine ceu fonte suffocaturum palam iactabat: neq; se priùs quieturum, quam omnem Páranæ Vruaicæ oram libidine & calcâ Christi religione profanâisset. Ex ostentationem nihil hactenus vlinas ausam, ne ad apertam innocentum perniciē erumperet, Dñs in tempore compescuit. Thraso nim ille hoc ipso die, quo maxi in Patres insaniebat, vxorem amicis, à barbaris sicarijs crudeliter enectam. Ipse ne in alienâ soli cæde crimen lueret, suis ipse vindicex, dum in siluâ quidpiam mo-

tu

ur, dextri pedis crus fregit: cuius
olorem cùm impatientiùs ferret,
mmani vociferatione Bororæos,
ui tunc eam oram obibant, in suū
ropè exitium, sed prorsus in suum
ommodum accersiuit. Illi enim
arbarum hominem tot minarum
et criminum reum certæ iam neci
estinabant. Sed saluti misero fuit,
x ijs vnum adesse, quos publici
oni osor toties ad lanienam po
cebat: Pater enim, qui omnium
gnarus illac fortè transibat, homi
nis odium eo vindictæ genere vl
urus, quo nocens disceret se vltro
amnare, vetuit reo manum nisi
medicam inferri: Christianis legi
us nocentiorem priuatæ iniuriæ
indictam esse, quam iniuriam: pos
e illum utilius plecti, si venia do
atus seipsum accuset. Ita serua
tum ab interitu regulum iussit ad
ppidum deferri; ubi catechesi &
meliori mente imbutus, noxas,
quas neq; profusi sanguinis & vitæ

impendio nuper expiasset, pauci
post aquis saluo viuendi iure ab
leuit: Deiq; vindicis manum, qua
integris adhuc pedibus non evitare
set, claudus evasit.

Tam exquisitis diuinæ prou
dentiæ monumentis coroniden
addamus, quæ tenerrimis ex utr
que fortunâ sensibus vndequaquam
aspersa, possit lectoris plura ei
dem generis argumenta fastidier

*Filia ad
parentes
mirabili
errore
renersa.* tis orexin instaurare. Ad pudori
dam seruitutem binas sorores; nam tredecim, alteram decem an
nos natam Brasilo - Europæi pra
dones abstulere: quarum adultio
quod comperta esset fugam spe
ctare, bis miserandum in modum
flagris concisa, ne elabi deinceps
imprudentibus posset, capta æqu
crueliter quam cæsa non commu
nes tantum compedes tolerabat
sed vinculis etiam collo iniectis
ceu canis millo adstrictus, ad serui
tatem raptabatur. Eo mobili car
cere

tere per centum ipsas leucas à Bar-
baris tenebatur : donec plagiarij
rati, viarum inscitiam & patrij soli
desperationem satis magnum illi
etinaculum fore, vinculis eam exe-
merunt; ut ei liceret cæterorum ca-
tuorum exemplo in silvas pabu-
atum excurrere. Sed amor patriæ
altra omnem canum sagacitatem
locilis nullam viam ignorat. Puel-
la itaque fugiendi spatium nacta,
et gladiatorum immanium tyran-
nideum ac parum honesta obsequia
leuitaret, fugam adornauit. Quòd
erò nondum tota discederet, so-
ore decenni adhuc inter Barbaro-
um vngues hærente, expeditam ad
uodus discrimen illius amor &
absentia morabatur : cùm ipsa me-
lia inter patriæ trahentis & reti-
entis sororis desiderium, parem
bique vim experiretur. modò sa-
ius fore credebat, præsentem for-
unam absentis incertæ saluti præ-
erre; iterum desertæ sororis pro-

brum ne à conscientiâ aut amicis
audiret, quo quis periculo grauiù
horrebat. Nihil certum diu haben-
tis litem ipsa soror diremit, qua-
dubitanti superueniens omnia cō-
filia maturauit. Ergo centum leu-
carum iter per vastas solitudines
& repentibus penè tantum feris-
peruia nemora suscipiunt: in quā
luctandum illis cum arenâ vestigi
fallente, & intercurrentium palu-
dum cæno fuit, nullo duce itineri-
nisi Deo & patriæ telluris deside-
rio vtentibus, quorum illud pericu-
la, alter molestias leuabat. Iter ian-
gressis tertius fortuitò comes a
dolescens accessit, vtriusque nepos
numerus tantūm, non præsidium
aduersus illud discriminem futurus
Ut autem nec à Brasilis ad veterem
nec à Gualáchis, qui deserta loci
ferarum ac hominum crudeli ve-
natu crebrò peruagantur, ad no-
nuam seruitutem exciperentur, lu-
cem & trita itinera declinárunt; ita

vt interdiu vepretis, quæ subibant,
aduersus oculos Barbarorum de-
fensæ, noctu securius per ambages
insidias eluderent. Tam obliquum
ter cùm pertot flexus obeundum
omnem propè viam duplicaret,
tam inexpertos viatores ferme in-
edia confecit: quippe post quin-
tum à fugæ exordio diem deficien-
te annonâ, ignotas radices & arbo-
rum folia paulò mitiora carpebat.
Eo commeatu fractæ potius quam
refectæ post triginta dierum lon-
gissimum errorem, tandem ad Vr-
uaicæ litus appulere, viribus pro-
pè omnibus destitutæ. Illic post
terræ discrimina aquas tentaturis
haud multò securior nauigatio
fuit. cymbam enim (quam Indi Ca-
nōam vocant) vix trium capacem,
ac vndique fatiscentem in ripâ in-
uenere: cuius rimis foenum pingui
luto subactum immittunt, haud sa-
nè firmum aduersus vndas cænum
subtus eluentes subsidium. Ei na-

O 5 uigo

uigio tres animæ se crediderunt
nullis remis ac velis aut nauigand
peritiâ instructæ. Hæc innocentia
classis secundo flumine ac success
su aliquamdiu delapsa nouum pe
riculum metuebat. vndarum enim
arbitrio defluentibus aliis lem
bus occurrit, cuius nautas & epi
batas veritæ Brasilos esse, (& for
tè ad speciem non vani terroris
Tupíci fugitiui gossipio tecti emi
nebant) omnibus remis, quos ei
debebant, quæm fugere, nauim
vetuerunt sui iuris esse: ac brachijs
palmisque pro remis usæ, cym
bam tandem ad litus antè appli
cuere, quæm posset ab inseguen
ti celoce comprehendì. Sic tan
to, ut putabant, imminentium
prædonum discrimine defunctæ,
nemorum adiacentium interiora
latendi studio subierunt. Cæte
rùm sorores, suæ felicitatis igna
ræ nesciebant, quantam fortunam
fugerent, tam chara enim præda

si

si ad nauigantibus se permisisset,
non in compedes, sed patris am-
plexus incidisset: quippe is ipse
nauigij gubernator prædas à bar-
barâ dæmonum & Brasilarum fer-
uitute acturus, laudatam hic loci
piraticam tunc exercuit: postquam
& ipse nuper sponte suâ cum uxo-
re & filijs ad hanc coloniam salu-
tis & securitatis causâ confugerat,
quo loco Christianis mysterijs ini-
tiatus, ut plures ad cultum amo-
remque vitæ tam beatæ adduce-
ret, pro errantium explorato-
re seruïjt. Pater & ipse nescius
se filias quærere, quas maximè
quærebat, diu cum suis despera-
to in vndis piscatu, venatum e-
gressus, varias latebras & dumet-
ra excussit. Sed liberis vicinum
patrem fugientibus, ad quem
triginta dierum itinere accurre-
runt, nunquam conciliari filiæ pa-
renti in illâ excursione potuere.

O 6

Ergo.

Ergo infectâ re ad nauim reuersu
hominum iacturam dolebat , se
ipsos in siluâ priùs amittentium
quàm velint ab amicis reperiri. Ve
rùm in hoc diuinæ prouidentiæ lu
su extremæ scenæ periodus parent
seruabatur. Puellæ interim cum
adolescente tot anfractibus impe
diti nemoris longius progressæ
cùm ad veterem redire stationen
ac hærentem in ripâ nauim despe
rarent ; ad alterius fluminis , quod
non procùl in Vruaicam influit, li
tus penetrârunt : vbi aliud Boro
ræorum nauigium illuc delatum
quòd nihil hostile in cultu nauta
rum obseruarent , aliquantò secu
riùs exspectârunt. à nautis deind
humaniter iussæ nauem conscende
re, nullo periculi metu facilè inui
tantibus paruère. Quo autem mo
mento factâ ad Bororæum litus ex
scensione , oppidum sorores gemi
næ cum nepote sunt ingressæ; Pater
ab irritâ expeditione redux filias

ac

ac nepotem agnoscit : qui ob inexspectatum sanguinis sui cōspectū lacrimis perfusus , in omnium amplexus & colla ruit . quod cūm pālām in omnium oculis , idque in usitatis lātitiā signis fieret , oppidani omnes priuati gaudij fructum publico occursu celebrarunt . Hos intermater , nihil post desperatam filiarum salutem suspicata , quod in illo spectaculo esset partem actoris habitura , spectatum accurrit : quæ tamen personam matris in tam subito congressu omnium felicissimè sustinuit . Ut enim vultus puellarum contemplata est , ortam subinde veri suspicionem , priuò erroris arguit ; nec oculis fidem adhibere ausa , secum statuit , natas ut amplius haud superstites in somnis aut umbrarum simulacro ci- tiūs , quam viuas vigilanti occurseras . Vbi autem exploratis propiùs cognati oris vestigijs earum sedemum matrem persensit , dici vix

O 7 queat ,

queat, quanto animi sensu vtramque arctè complexa, se cuicunque dubitanti matrem ostenderit. Ultimi ad amplexum fratres, parentibus primas amoris præripientibus, cum ijsdem de concepti gaudij visoriâ certârunt. Postquam igitur tam longè à se diuisa familia intra chara amplexantium brachia de-nuo coaluit; filiabus ærumnarum ac fortunæ ordinem enarrantibus, nemo omnium, qui aderant, lacrimas continuit: quas partim liberorum exilio parentes, partim ciues parentum pietati affuderunt. Demum ut scenæ veteris in morem seriem tanti spectaculi tam imple-xam Deus è machinâ finiret, Patres gratias Numinis acturi, aduenas non sine piâ populi promiscuè sequen-tis pompa ad templum deduxère. Neque multò post puellas cum ne-pote Fidei capite edoctas lustrali-bus aquis abluerunt. At parentes

gna-

gnari, cui Matri filias deberent, Dei
Parentis obsequijs chara pignora
Soleni nouoq[ue] Indorum more
consecrârunt. Sic liberis per tot am-
pages ad parentum vlnas festinan-
tibus, cælum quoque & MARIAE si-
nus patuit.

Plura eiusmodi cælestis Oeco-
nomiæ documenta Paraquaria to-
to triennio vidit: cum Deo acer-
bissimos Indorum casus est charo-
rum capitum iacturas consolante,
singulis propè diebus compita ino-
pinato aduentantium, aut templo
mouiter Christo accedentium plau-
su personarent; scelerum interim ac
ot malorum architectis nec quic-
quam alienæ felicitati inuidenti-
bus: quando tragœdias, quas inno-
centibus parabant, in lætius argu-
mentum Numinis ingenio versas,
viderunt à Christiano spectatore
in Paraquariæ, imo orbis
theatro rideri.

REDVCTIO S.

THOMÆ.

Plusquam octingentæ familiæ hîc degunt. Amœnissimas olim sedes huius coloniæ inquilini ante hac habitârunt, priusquam Barbarorum sœutiâ cogerentur tutior lætioribus præferre. Sed prompti animis eam profectionem aggressi tectis omnibus ignem iniecerunt.
 Incola-
 rum in-
 dustria. Tum vbi ad Vruaicæ fluuij litora deuentum est; vt transmittere ad nouas sedes se ac familiam possent bimestri spatio ducentas naues singulis arboribus excauârunt, laboris tam patienter tolerati et maiori laude, quod hi Indi sibi relicti ad otium propendeant, nulli præmijs ad opus inuitandi; idque naturæ humido abundantis innato languore. Nauibus in hunc modum paratis, operosa nauigatio fuit se suaque omnia secum vehen-
 tibus, alijs enim cuerso lembo an-

no-

monam amittentibus, alijs, qui eam
reuârunt, corruptæ ab admisso hu-
nore fruges siebant cibo inutiles.
In quibus ærumnis præter Indoru-
ndolem, qui ne in secundis qui-
dem rebus sibi diu similes, aduersis
multò facilius succumbunt, Chri-
stianum robur eluxit, Patribus vi-
tra publicam curam ac inconstan-
tiæ metum nihil à fugientium leui-
tate tolerantibus. Fuit inter eos,
qui licet ter naufragus totam su-
pellectilem ab vñdis malè acceptâ
ægrè redemisset, ne indigno qui-
dem verbo, aut tristiori rugâ pati-
entiæ integratatem violaret: dicere
in eiusmodi fortunæ iniquioris af-
sultu solitus, nullum se naufragium
timere, ex quo animus enataret;
omnia sua Deo permittenti perire
nil posse: si in Patrum consuetudi-
ne ac sinu finire vitam possit, omnes
suas facultates in portu esse. Tam
pium nautam Deus non vltra tulit
procellis diutius verberari; sed ad
captan-

*Indi-
nauig-
patien-
tia.*

captandum tam maturæ toleran-
tiæ præmium ad litus & cælum
euocauit: qui vnâ cum altero ve-
ctore mortuus, visus fuit omnium
loco mortem placâsse; nemine pe-
quadraginta dierum molestum i-
ter in tam diuerso sexu & ætate
desiderato. Ad coloniæ dein' de-
stinatum agrum cùm peruenissent,
pari contentione tum publicam
Deo ædem, tum priuata domici-
lia communi operâ erigebant, quo
labore distentis Patres aliunde do-
no submissos boues in partes se-
clos promi ac laniones bonâ fide
nihil ad bilancem exigentibus In-
dis diuisere. Quod verò calidior
præsertim ætas moræ & famis im-
patiens carnes semicrudas audiūs
ingereret, vitiato stomachi calo-
re, quem eâ cruditate offenderant,
cibum in morbi alimenta verte-
runt. Ut igitur malo inualescenti
occurrerent, ipsi coquorum mu-
nus occupabant. cùmque deinde

*Incolarū
inopie &
valetu-
dinis à
Patribus
consul-
tum.*

coquendi peritiam & temporis calorisque mensuram etiam alijs tradidissent, quinquaginta ē toto numero culinæ & lectulis ægrorum præfecere.

Tam aptis ad virtutem menti. *Illorum
virtus à
Deo ex-
ercetur.*
bus non placuit Numini pabulum deesse. quare cùm messem ē tan-
tā nuper semente liberalē omnes sibi pollicerentur, satis aut à ver-
nibus arrosis , aut immodicā sic-
titate promouere culmos prohi-
bitis, omnes agricolarum spes ia-
cebant ; segetis ante messem ab-
sumptæ reliquijs non nisi in al-
terum mensem suffecturis . Ac-
cedebat ad eam egestatem , pro-
ximè quoque sementis præcisa-
spes omnis; quòd curculiones om-
nia in horreo Patrum grana futu-
ræ sationi deposita exedissent. In
ea tamen inopiâ & cæli æstuani-
cis inclemenciâ solatia nec animis
nec corporibus defuere : nam
cateris circà frugibus penitus
aëris

aëris ac insectorum vitio corruptis
medius tamen Patrum agellus; nul-
li aduersus communem agrorum
pestem amuletis aut custode de-
fensus in flore & spicā nihil incom-
modi patiebatur. Ea messis si no-
mnia desiderijs, certè charitat
suffecit. In hac publicâ penuri-
nusquam suus virtuti & pietati pa-
stus defuit: In templis enim fre-
quentes quotidie aderant; vbi Dei
ac Dei Matrem è formulâ salutâ-
runt, tanto precantium solatio
quanto precum successu: vt post il-
lam priorum temporum maligni-
tatem agri omnes uberrimam mes-
sem ministrarent, piorum vtique
lacrimis cælitum aures & soli duri-
Incolumi erga Christi liberaliter.
tiem emollientibus. Sed quid tam
excellenti Indorum pietati cælum
negaret? diem enim, qui Venera-
bilis Eucharistiæ triumpho sacer-
est, tam religiosâ liberalitate co-
luerunt; vt et si vix, depauperata
penu, vitam sustentarent, ex ar-
cuum

euum tamen , quos Christo trans-
unti struxerunt , porticibus viuos
agnos suspenderent : quà verò Sa-
cerdos incedebat , florum loco cer-
tatum triticum & legumina , tantil-
lum vltimæ inediæ remedium per
pauimentum sternerent . Qui ap-
paratus tam sanctæ paupertatis o-
mnibus regum aulæis & peristro-
matis præstabat . Nec in sterile so-
lum etiam illa sementis incidit : pro-
miraculo enim habitum , omnibus
commeatu laborantibus , deinceps
commeatum non defuisse , ignaris ,
cui præter Deum naturæ altorem ,
aut occulta frugum incrementa ,
aut famis imminutionem attribue-
rent : ut censenda sit illa tritici pro-
fusio non iactura sed sementis fuiss-
e . Dicas profectò , illos non cùm
Romanis aduersus Gallos , sed de
liberalitate cùm Deo pugnâsse :
quando & ipsi in extremâ egestate
annonâ Deo substrauerunt , quam
illi in hostem coniecere .

In-

Interea non omiserunt oper
manum applicare ; ne otiosâ in
Deum fiduciâ freti, illû suo exem
plo iuberent auxilia subtrahere.
Longè verò maximè ad laboran
dum pro communi causâ incolas
omnes graue cessatoris cuiusdam
supplicium accedit. Adstabat is
laboris vacuus oppidanis ruri a
gros colentibus : quem cùm Pater,
qui arbiter ac moderator agricul
turæ animos operis addebat, ad vr
gendum cum cæteris opus horta
retur, negabat scilicet, fas esse, tam
religiosum diem sarculo & stiuâ
violare : se in gratiam infantis sibi
recens nati non omni tantùm la
bore, sed etiam cibo abstinere,
quòd sit ita à suis maioribus insti
tutus, à quibus hanc otij natalitij
disciplinam hausisset. Tam igna
ua supersticio primò fuit ab Indis
risu excepta : sed Patre acriùs non
tam ignauiam, quàm illius causam
increpante, quòd tam stultâ reli
gione

Otium
grauiter
à Deo
caſti-
gatio-

one desidiam, & crimen scelere
cūsaret; impatiens alter tam fidū
onoris ab agro domum se con-
trit, inde dum primis odijs non
ostat, maioribus furijs eius otium
urbantibus, municipio cum uxo-
& liberis excedit, in patriam in-
ctas ab opere manus illaturus;
nas demens tā superstitionē quie-
terius inquinauit: cūm laboran-
tum illi tunc primūm pro hārede
isset. At ille laborem, non item
elestem vindictam effugit. quip-
pe primo die, quo patriæ fines at-
git, tigris ei filium ut causam tor-
oris abstulit: quo fædè dilania-
, postridie ad pastum reuersa bel-
a uxorem pari fato eripuit. super-
at infelix pater, quem cūm neque
deserti laboris nec fidei pœniteret;
utio demum die ab eādem tigri-
profanus cessator, antequam vi-
is computresceret, ad macellum
aptatur, pingui otio ad exitium
ginatus.

*Aliena
salutis
inter In-
dos stu-
dium:*

Sanctiori consilio patriam In-
alij Patrum rogatu repetiere. I-
enim aut obstinatis vtilem fugar-
aut profugis redditum persuasuri
mnes latebras & iuga percurr-
bant : qui vbi nonnullos feraru-
more in spelæis hinc inde stabula-
res ad frugem & prisca domicili-
sollicitassent, Barbari illi non b-
nâ fide hortantibus assensi, simul-
to per speciē redeundi studio tar-
diū aduenas morabantur; dum d-
stinatam necem nihil metuentib-
inferrent. Eius quidem discrimin-
indictum anus conscientia ad pericu-
securos detulit ; sed quod illis a-
fugam nihil amplius integrum e-
set, transfugis omnes aditus ob-
dentibus ; arbitrium cuiuscunq;
fortunæ opperiebantur. Ergo n-
hil pro tam bonâ causâ subire v-
titi, ad mortem se ut beneficiu-
accingunt : positisque humi gen-
bus supplicantium habitu manus
ac animos ad cælum velut ad ce-
tum

am mortis imminentis præmium
extendunt. Interim Barbari ho-
pitijs iure susque de que habito in
uos ciues irruerant, inermes ob-
runcaturi, sed ut primam illos
am suâ sponte ante vulnera pro-
tratos humi. ac Numini suppli-
ces viderunt; attoniti eâ morien-
ti alacritate, non ausi sunt ijs ma-
nus inferre, quas videbant Deo
orrectas absque sacrilegij notâ
violari nequire. Ita verso in pie-
atem furore, procumbentium
exemplo se in terram abiciunt,
concepti sceleris veniam postu-
antes: se posthac in eorum pote-
tate fore, quos mori magis quam
nocere paratos, crederent post
vitæ neglectum nemini male con-
tuluros. Adeò virilis modestia
quavis victoriâ præstat; quæ tam
piè ingeniosa hostem potest ia-
cendo sternere.

*Virtus
furorem
mitigat.*

* REDVCTIO SS.
TRIVM REGVM SIVE
YAPEYÙ.

QVingentas familias hoc opp.
dum sustentat, secundo flu-
mine nauigantibus postremum.
Huc Indi finitimi, quos Ciarrúga
vocant, commercij causâ frequen-
tes commeant, à Christi iugo ha-
ctenus pertinaciter alieni. Ex ec-
rum tamen mercaturâ Patres al-
quem animorum quæstum non
sine magnis charitatis impensis
Suppli-
cij metus
Indum
emendat. retulerunt. Èâ naui, quæ ad co-
loniæ istius litus appulerat, Bat-
arus vehebatur, graui inter nau-
gandum morbo correptus : qu-
tamen alijs exscensionem facien-
tibus, nullis commilitonum pre-
cibus induci potuit, vt pateretu-
è cymbâ se in quietius tuguriu-
transferrî : neque id obsequium
tam morositate, quam illi vale-
tudo

do conciliabat, fuit aspernatus;
 iam superstitione silentij lege,
 uia nefas in ea gente habetur, æ-
 ri malum publicare, studuit
 orbum premere. Interea socij
 us in oppido humaniter ab in-
 illis excepti, Patres de Indi ab
 indis & morbo foris iactati peri-
 lo commonefaciunt: qui sine
 orâ submissis baiulis iubent ho-
 inem è naui ad oppidum depor-
 ri. Sed ille inolitæ taciturnita-
 tenax, negat è naui passurum
 viuum efferri: quin comites ut *Super-*
 lutis suæ proditores grauiter *stitione-*
 secratus, quod nullâ religionis *morbi*
 uerentiâ morbi arcanum euul- *dissimul-*
 sent, Indis amicam vim ægro- *latio.*
 ferentibus, vultu & cubitis re-
 tebatur: donec causâ & viribus
 ferior intra Patrum ædes fuit
 ceptus, ubi iterum per interpre-
 m rogatus, num vellet in illâ
 rporis ægrimoniam saltem ani-

mum ab interitu seruare, omnimentis curationem respuit, que ea obstinati hominis duris nullis potuit lenocinijs toto duo expugnari, nec deinceps quidem patienter medicinam admisura, nisi Pater S. Ignatium S. I E s v auctorem, cuius memoria sacer dies in foribus erat, in pitem operis tam ardui vocâsse. Tunc demum vltimâ ulceri, quam non nisi ferro & igne posse exscindi, manum applicaturum multa de scelerum vindice apertos inferos flammâ æternisq; supplicijs ægro minabatur; si sequimur liora suadentis ac pollicentis consilia nollet: Christum aquas illiginem propinare; si illas salutem plenas respueret, certo certius lumen sempiternis incendijs adcedendum. Hac igitur inustionem pestilentem vomicam in Barbarae Patris oratio siccavit, adeò plena

quod

ue supplicia magis quam iudicis
ffensam, & fustem quam manum
ment. Indus enim ad hunc ro-
am suam sortem contemplatus
eo meliores è cælo faces sub-
ente, tandem totius vitæ vlcera
acerdoti lubens aperuit. quæ
ostquam ille cælesti flumine ab-
isset, post breue interuallum
ger extinctus in morte conua-
it, salutem, quæ in vndis peri-
itari cœpit, denuo in aquis con-
cutus.

Eodem loco Deiparæ clienti- *Causa*
us è paruis initijs magnum vir- *capillo-*
ti stadium parabatur. Quòd *rum ex-*
him Indorum aliqui capilloton-
erent, alij consuēsent sumpto
maioribus exemplo prolixiores
ere; Patres, ne Neophyti, qui
us eadem mens esset, in cultū
orporis dissentirent, cupiebant
mnes capillitum habere æqua-
ter attonsum: idque tantò dili-

gentiūs vrgebant; quōd vereretur, ne Indi vnā cum cæsarie longiori, cuius usum ad maiores sacrum referebant, clam superstitionem alerent. Ac effecere Patres, ut in hac quoque causâ multe se nollent uno cincinno à tono discerni. Alios tamen offendebat à tam priscâ origine deriuatum posteros decus simul aboleri. quem finem gentis dynastæ Potiūs, qui centum hinc leucis dista gubernatorem supplices adierat ne pateretur à Patribus eam suis capitibus nuditatem inferri; qui potius eos iuberet, si Indorum capita conspirarent, contentos, nihil in crinium curâ ac discriminiticari. Nec infeliciter causam dixerunt, factâ sibi potestate, quod comam arbitratu suo promittere ac torquere in cirrum possent: vix olim solenne ipsis fuit, fastigium in vertice capillum pro cr

à erigere. Quo facto alijs cu-
 iculis subbruenda innatæ vanita-
 s consilia fuère : quos inuenio
 on minùs facili quàm pio Patres
 gerunt. Nam , quia Dei Paren-
 is clientes peculiari religione ob-
 stricti, citiùs virtutis commenda-
 tione mouentur ; eos blandâ so-
 lidaque oratione cohortati, do-
 rebant , quantum apud alios Pa-
 ronæ suæ obsequium ac integri-
 ati ipsorum opinio accederet, si
 uderent capillatorum aciem suis
 exemplis perrumpere : decus il-
 ud esse cum quavis ferâ homini
 commune : hircos & foeda anima-
 ia, vt de quorum lanâ sit iam olim
 disputatum, nunquam tonderi; at
 que vt sacrum patienti Christo
 animal quotannis lanam forfici
 submittere. auderent in gratiam
 Virginis, vt æqui rerum æstima-
 tores , pilos non pluris quàm pili
 facere, Quibus stimulis iterum

Sodaliis
B. Virg.
virtus.

332 REDVCTIO B. V. ASSVMPT.
ac denuo admotis Patres adeò sc
dalium animos perculerunt ; v
cæsariem omnēm paulò pòst Ma
gnæ Virginis amore præcideren
cuius muneric gratia fuit eò ma
ior; quòd mutatā in melius æst
matione, capillos vt rem vilem
Dei Matris pedibus subiçerent
sub quibus etiam corona sterni
tur. Ita vltronea Virginis manci
pia, ad eius nutum obsequiumqu
attonsa, cæteris quoque animos
addiderunt, vt paulatim spont
suâ cum pilis obstinatum ca
pillitij amorem po
nerent.

• S(O)S



A N.

ANNVS SÆCVLARIS
 SOCIE TATIS
 JESV
 PARA QVARIENSIBVS
 CELEBRATVS.

ANNVM Societatis IESV Sæcu-
 larem à Paraquariensibus ce-
 lebratum, suprà, cùm ratio Colo-
 niarū fuit à nobis exposita, velut
 in transitu attigimus, exactius hoc
 loco Indorum gratos in exornan-
 do Societatis Sæculo labores e-
 arraturi: vt initia describendæ
 paraquariensium Reipublicæ con-
 sessa, festiuâ coronide absoluere-
 mus. Porrò in opere tam læto
 Collegia cum vtriusque fluminis
 Aranæ & Vruaícæ Colonij, ac
 mul omnes cum Europæ ludis
 eratârunt: tantâ contentione In-
 di ad honestandam Societatis no-
 træ, primum sæculum Dei singu-

P 5 lari

lari beneficio emensæ, sibi non
infructuosam ætatem incubuere.

Societa- Et octona quidem huius Pro-
tis IESV uinciaæ Collegia, quantum reli-
Sacula- giosa modestia ferebat, ciuium i-
*ris An-*nus à Pa- Societatem, eiusque Sæcularem
raqua- Annum studia quodam impendi-
riensibus celebra- publicari, permisere. Corduba-
tus.

Cordu- præsertim post solennem suppli-
*bēsis Col-*cationem splendido ornatu per-
legij arcus triumphales ductam, Ari-
plausus. passim latera viarum claudenti-
bus, R. mus & Ill. mus D. Fra: Mel-
chior de Maldonado Tucuma-
nensis Episcopus Societatis I E S U
Centenarios labores eximijs lau-
dibus pro concione celebravit.
Posthæc Statua D. Ignatij, ceu hæ-
resin ac Barbarorum supersticio-
nes expugnantis, in Vrbis quadri-
uio erecta, visa est ignibus ab arte
subornatis procùl subiectam Hy-
dram & Gigantem fulminare; fe-
stis ignibus vario artificum com-
men-

nento S. Ignatij victoriam toto
oppido illustrantibus. Inde eque.
tres ludi à Nobilitate adornati,
Sæculare Societatis stadium ath-
eticis decurcionibus honestârunt.
Eam gloriam iuuentus pedestri
Musâ imitata, vario emblemate
ac poësi parietes in Societatis IESV
decora descripsit. At Collegium ^{Collegij}
Bonî Aëris solenni & ante hunc ^{Boni}
diem nunquam his terris viso sup- ^{Aëris}
plicantium agmine, seu frequen-
tiam seu pietatem apparatumque
consideres, religionem procura-
uit. Currus eleganter in diuersa
pegmata & arcus fastigiati, hinc
symphoniacos pueros pro auriū
allecebrâ; inde spectacula ad rem
præsentem idonea, vt in nobili
theatro circumuehebant. Quo in
numero pueritia, quæ primis lit-
terarum elementis imbuitur, pri-
mas ob ætatis gratiam tulit: pue-
ri enim per decurias in aciem di-

spositi, Dæmoni gigantis mole incedenti aptis ad rem conuitijs insultantes, identidem eneruatas eius vires, ac rabiem S. Ignatij religiosâ militiâ edomitam acclamabant. Eorum voces Æthiopes quoque & Indi alij sunt æmulati; qui triumphales choreas circa aliud Erebi monstrum duxere, pendulum hilares plausus festiuo cantu non disparis argumenti prosecuti. Similes ludos magnâ omnium ordinum voluntate Indi per reliqua quoque Collegia ediderunt.

Reductionum gratius in Societatem animus. Cæterum Indorum, qui Reductiones incolunt plausus, quo sæculum Societatis excepere, alterius quoque sæculi plausu dignus est: in ijs etenim maximos gratæ mentis conatus ipsa ingenij, nuper Patrum operâ vix à squalore redempti, ac rerum omnium tenuitas ultra Europæum splendorem extollit. Nam cùm Scenico luxu

uxu ita careant, vt vix queant extra theatrum corporum nuditati consulere; foras tamen vires omnes vt in scenam euocârunt, in quo memoris animi ludum orbi ne Fabulâ darent.

Hos inter S. Francisci Xauerij Redu-
colonia ad Vruaícam sita publica-
ætitiæ vexillum prima extulit. ;
cuius communem sensum iucun-
dâ, et si minimè sumptuosâ pictu-
râ, parieti inscripserunt: domo-
rum enim singularum superficiem
publico expositam fidelâ indu-
kerunt, nigris ductibus per æqua
interualla transuersim candorem
distinguenterib; tam amœno pro-
cul arbitrantium tum obtutu tum
ludibrio, vt eminùs spectanti longe
supra operis pretium laboris
gratiam augeret. Ad publicatam
Letitiam euocati è Colonijs Patres
omnes, vnâ secum Caziquios, seu
Regulos, quotquot Páranæ ac Vr-

*ditionis
S. Fran-
cisci Xa-
uerij ap-
paratus.*

uaicæ litora accolunt, hospites adduxere, splendidissimo ut inter illos cultu visendos. Iis aduentibus magno tubarum clangore, ac quib[us] sub signis educata pube honos est habitus; mitiori quoque tibiarum ac vocum concentu classicum interpellante. Pridie eius diei, in quem Sæcularis Anni celebritas erat indicta, Vespertina Psalmodia exquisitâ canentium ac tibijs fidibusque ludentium harmoniâ peragebatur, tribus ordinibus canendi vices eleganti varietate alternantibus. Nox ipsa, ne Sæcularis diei lucem ignoraret, artificiosis ignibus illustris securi crastini honori præluxit. Ipsa verò dies variapique simul & curiosa obeuntibus spectacula obiecit. Nam præter arcus eleganti structurâ progenitis ingenio laboratos, Aræ per vicos opere subitaneo erectæ, religio-

igiosi potius Sæculi , quām pro-
ani fastūs intuentes admoniebat:
tque idcirco diem totum SS. Eu-
charistia omnium oculis palam
exposita docuit, quē orbem Cen-
tum Societatis Anni explessent.
quamuis pro suā in Societatem
veneratione Indi choreas ludos.
que varios Patrum honori publi-
cāque hilaritati darent. Quæ ob-
lectatio ut viros deceret, Bororæ-
enses militari dramate effecere.
illi enim, ut armorum peritiā præ-
ceteris clari, scenam à militia in-
struxerunt: in quā hostes à se fu-
sos, fugatos, ac demum apud In-
feros iniqui belli pœnis excrucia-
tos, exquisitā bellicæ disciplinæ
ostentatione commenti, non mi-
nus peracto ludo plausum, quām
pæana post veram victoriam me-
ruere.

Ad huius Reductionis exem-
plar ferè Colonia B. V. sine macu-
lā

*Redu-
ctionis
B Virg.
sine ma.*

*ēulā Cō
cepta sū.
diūm.* là Conceptæ Sæculares ludos ce-
 lebrauit : cui illud imprimis pecu-
 liare fuit ; quòd incolæ sexcentis
 omnino arcubus triumphi specie
 excitatis rarum grati liberalisq[ue]
 animi specimen ediderit. Quo lo-
 co solenni ritu Antonio Niengirù,
 Nicolai (de quo pluribus infrà
 agetur) filio , tum ob parentis de-
 functi summa merita , tum spes-
 optimas de hæredis minimè de-
 generis virtute conceptas , bacu-
 lus , honoris publici insigne colla-
 tus est. Eam pompam Bororæn-
 ses , huc quoque ornandæ Socie-
 tatis studio delati , egregiâ scenâ
 finierunt. Neque dissimilis fuit
 aliarum Reductionum Vruaícam
 accolentium in eo negotio cona-
 tus aut successus.

*Redis-
tionis S.
Ignatij
opera.*

Qui autem Páranæ litora co-
 luêre , pari ingenio studioque cer-
 târunt . S. Ignatij Reductio , vulgò
 Yabebuyri Odas Vespertinas se-
 ptem

tem symphoniacorum classibus,
otidem colonijs excitorum, mo-
bulata est. Post rem diuinam pa-
is ac belli astibus Sæculo Socie-
atis Indi applausere : alijs vm-
ratili pugnâ belli simulacrum
variè mutatâ acie exhibentibus :
lum alij, qui supplex agmen vr-
em religiosè obeuntium præce-
lentes, explosis subinde tormen-
is minoribus aduenas salutârunt,
b armis ad choreas & carmina
Hilapsi, S. Ignatij laudes clypeis
variârunt; quos totidem eius no-
minis litteris inscriptos ad Ana-
grammatum leges vltro citroque
non sine tripudio circumlatos, no-
mo subinde ordine confindebant.
Et ne elementum esset vllum eius
celebritatis expers, nauali quoque
orælio inter innumeræ faces sub
noctem congressi, de pietate ve-
riùs in socios, quâm vllâ victoriâ
depugnârunt, in eâ ipsâ discor-
diâ,

diâ, cœu in Musico concentu, grati
memorisque animi contentions
concordes.

*Redu-
ctionis in-
carnatio-
nis spe-
ctacula.* Porro B.V. ab Angelo Salutata
Reductio, (quæ alio nomine Yta-
puâ vocatur) XVIII. Kal. Iul. pu-
blico honori decreuit. Illic pœ-
ter vulgatos tunc ignium, iaculo-
rum, canentiumque applausus,
præcipuâ ingenij festiuioris laude
Societatis Iesv Sæculum diuersis
ac subitis pro re natâ centenarijs
repræsentârunt. ubi enim satis
theatro datum; solutæ iam con-
cioni, & cœu peractâ fabulâ, dila-
benti inexspectata in redditu spe-
ctacula occurserunt. Quippe
improuisò Polychronius ingenti
proceritate, prolixâ barbâ cani-
tieque non horridâ conspicuus,
Centum Societatis Annos & sæ-
culare senium præferebat: quem
puerorum Centuria, varijs colo-
ribus datâ operâ discreta, ordine
seque-

sequebatur, eo colorum discrimine
diuersa Societatis ministeria
innuente. Interea dum Gigas ille
Macrobius aduenas ac spectatum
aduolantem Paraquarium scenico
ambitu iussit bene venire; Cente-
naria cohors carmen Sæculare
alacri voce Seni accinuit. Paulum
deinde spectaculum illud oculis
ac pari passu sequentibus, Armen-
tum centenis omnino bobus con-
stans non sine latenti numeri illius
arcano, se offerebat; tauris labo-
riosos Religiosi Sæculi años, Chri-
stianiique agri culturam notanti-
bus, ea iumenta pro centum iugis
totidem Arcus triumphales subie-
runt, emblematis insignes: ut in
præsenti plausu futuræ felicitatis
memores omen inde captarent,
tam arcto præteriti laboris iugo
se in amplissimos fornices & lacu-
maria laxante. Id seu triumphan-
tis seu supplicantis Polychronij
agmen

agmen cùm ad templum propiù venisset, Centuriæ puerili in singula capita, velut debita ei militiæ annona, centum panes in ipso templi limine dabantur. Inde ad templi interiora pergentibus Ara visa est, centenis lucernis illustrata; ad quarum singulas idoneum lemma ad Societatis insinuandos labores pendebat. Coronidem lœtitiae postremò drama impo-
suit, vbi Actores mutato ordine spectantibus applauferunt, fau-
stos alterius sæculi successus ac tempora precati.

Hæc aliaque Indorum studia Sæcularem Iesu Societatem ac vniuersam Paraquariam exhilarârunt: ut dubites, maiorine Sociorum an Indorum solatio sit eâ pompâ Sæculo litatum; illis tam gratam beneficiorum memo-
riam in Barbarâ olim gente admirantibus; his in ipso laboris-
tam

tam iucundi impendio sibi gratulantibus, se tandem positâ feritate tam gratos, vel ex expugnata inscitia tam peritos fuisse.

REDVCTIO SANCTI
IGNATII APVD ITA-
TINOS.

ABsoluimus ergo vicinas Reduções ad Páranæ & Vr uaicæ fluminum litora diuisio ex æquo numero sitas. Restant postremò binæ. quarum prior à Paraquario fluvio, qui Prouinciae nomen tribuit, duodecim leucis distat, non segetis modò, sed & herbæ cuiusdam, quæ Indis solet in delicijs esse, prouenit felix; nec minus piscium, ferarum, ac salis ferax: vt præter securitatis ac religionis amorem, qui è veteri sede Indos fugavit, etiam loci amœnitas inuitaret.

Sic

Sic à tergo impulsi: & à fronte
tracti facilè patriæ desiderium
exuerunt. Sexcentas hodie fami-
lias hæc sedes numerat; quarum
inquilini ad virtutis ac morum
culturam nèc hæbetes nec segnes
in hunc diem animos attulere. Ex
hac velut arce excursionem P. Iu-
Vt illis
Patriis
excursio-
nibus stus Mansilla fecit; vt Indorum
adhuc cum bestijs communia spe-
læ & mores habentium ferita-
tem, quibus posset illicijs, mitiga-
ret. Is post infinitos labores labo-
rem sectatus tandem tres Indos
reperit, vel potius nondum planè
agnitus amisit. illi enim rati suam
libertatem à Brasilo. Europæis eo
aduentu peti, terga insequentia-
bus verterunt, celeri fugâ elapsi.
Vnum tamen ex illis Pater assecu-
tus blandè compellatum edocuit,
se non ex prædonum tribu, sed
illâ Societate esse, cuius commili-
tones pro Indorum salute excu-
barent,

arent, libertatem illorum ad-
versus orci & nefariorum homi-
um insidias propugnare soliti.
atrum nomine illico recreati In-
orum animi perquam sibi de-
orum aduentu gratulabantur;
uòd dicerent, se P. Alphonsi Bár-
anæ, nuper defuncti, industriâ
eruditos, post eius discessum sem-
per Patrum inopiâ simul ac desi-
rio vehementer laborasse. Pa-
ri deinde mirâ comitate non ho-
bitium modò sed stabile domi-
nium obtulerunt, precati, vellet
ineris sui causas in suæ salutis
procuratione finire. siue enim er-
antes conquerireret; se hactenus à
atris abitu omni fuisse discipli-
nâ destitutos; siue laboris fructum
ellet; se polliceri, ad primam de-
us aduentu famam omnes ad
atris vocem & Christi gremium
cursuros. Eum gentis cando-
m miratus Pater, simulque dele-

*Indorū
in Patrē
& Socie-
tatem
studiorū*

et a-

Etatus, sudorem suum in secundo solo tam audie post tantam sicitatem imbibit, eam Indorum erga se voluntatem muneribus a cendit. Quippe illi donis auct cum suis domi munera laudare facti Patris praecones, sensim incelas omnes illâ illecebrâ ad ipsi colloquium traxere. Cumque primo quinæ familiæ aduolarent rumor per tot ora propagatus alios atque alios accersiuit, donec ingens multitudo non iam dona, sed Christi doctrinam sibi tradi publicâ omnium voce postulârit. His tam calidis precibus pondus longè maximum addiderunt. Ut enim Patri omnem de suâ fide dubitandi materiem amputarent; ad unum omnes cœseriem, (quæ quam altas in hac gente radices agat, nuper docuimus) eo ipso loco detonderunt. Quotam serio bonæ mentis documentum

Capilli
honoris
causâ
ampu-
tati.

to Pater iam ex se incitatus, ad il-
lorum commoda rapiebatur: cùm
ex illâ tam charæ inter eos rei,
quâ pluris apud nos aurum nec
auari faciunt, vltroneâ iacturâ
conijceret, quantâ alacritate es-
sent leuiora imperia toleraturi.
Igitur hoc postremo triennio to-
tum se procurandis illorumemo-
umentis non sine vberrimo fru-
stu impendit. ac spes est, si operæ
non desint, ex agri huius culturâ
non multò pòst messem fore se-
psa in dies maiorem. Nam cùm
lij non nisi summo Patrum cona-
u essent è speluncis ad vitam pu-
licam eliciendi; hæc gens vltro
eipublicæ formam & coloniam à
atribus deposita: quæ fructum,
isi fallor, ciuilis concordiæ vel
capillis didicit; quos iunctos
ifficiliùs quâm separatos per
lures cincinnos absciderunt:
uin & ingentium fluminum, quæ
olligere intra litus aquas negli-

Q

gunt,

gunt, vado pueri illudunt, in cuius collecto alueo totæ naues absorbentur.

*Matris
fatalis
ira.*

Hæc tam læta publici operis exordia aliquantum priuati sceleris atrocitas corruptit. Anus enim octogenaria catechesi iam satis exculta, cum iamiam putaretur piacularibus vndis perlueda, filiæ & impatientis animi via illum salutis fontem sibi obstruxit, quippe cum filia seu iugis, seu morbo matris offensa, in temperantiis eam esset verbis adorta, illa indignè ferens, à natâ sibi tam petulanter illudi, laqueo se peremit, miserabili sanè vindictæ genere; quando prolis obloquentis linguam vltura eodem fune, & vocis & cæli simul iter sibi præclusit.

* *

*

RE-

REDVCTIO B. VIR.
GINIS FOYENSIS
VULGO TARE.

Quinquaginta supra quingen-
tas familias istam coloniam
occupant: quæ nomen à Foyensi
Dei Parentis imagine è Belgio al-
latæ sortita spem fecit, fore, ut
quemadmodum olim sigillum
Matri Virgini sacrum Belgarum
pietas è durâ & annosâ quercu
ruit; ita è tam duris initijs ac
nimis aliquod Christiani homi-
nis simulacrum tandem exsculpî
posset, barbarâ licet siluâ tot la-
orantium gemitus aliquamdiu
rustrante. Pertinax imprimis hoc
oco Barbarorum animus diu Pa-
rum pios conatus nō aliter quàm
niuriam atuersatus, nō vnum odij
um iniqui fomitē habuit. Etenim
ens ista pridē suopte ingenio in-
cessè libertatis amore corrupta,

Gentis
obstina-
tio vno
de 2

frenum omne toto biennio abiecit, & si quæ honestioris anim scintilla in tantâ caligine promicuit, perpetuis eam comeditionibus & insanâ perpotâdi voluptate obruit. Atque hanc sitim non inoliti modò vitij, sed mellis que dulcedo accedit; quo ab apibus collecto potionis immodicâceu philtrum attemperant. Sunt enim illic agrî campique omnes natuâ soli clementiâ floribus tan potenti succo tumentibus refert ut ab apibus ad mellificu adhibi gratam acrimoniâ, sed capiti infestam, liquori concilient. Ex e fonte consuetæ malorum scatur gines promanât, prælia inter combibones orta, cædes ac libido ne inter Barbaros toleranda, feminæ adeò, quas ingenita verecundi solet à publico dedecore cohíbere, in choreas minimè pudicas effusæ, omnem honestatem procul cant. Ipsa dein' loci amœnitas, cuius

is exemplo credebantur posse
ritatem Indi dediscere, temu-
nta capita in honorū copiā pe-
ores effecit, tam nulla tellus illic
virtutem gignit, vbi feliciter gulæ
ritamenta proueniunt. Ut enim
atres gentem illam nondum di-
nis momentis parem è latibulis
aborârunt ad promiscuum vitæ
agrorum cultum loci opportu-
nitate allicere; his præsertim In-
sis locus omnium commodorum
rax obuenit. Quippe oppidum
lud edito loco situm aurâ per-
uam salubri, & per obstantia-
rocul nemora mitigatâ leniter
erflatur: ac montibus, quâ se-
tentzionem spectat, ceu theatro
clusi coloni aquas & siluas quo-
tuuersum habent vitæ susten-
ndæ præsidijs plenas. Sed steri-
s animi hanc soli fecunditatem
acti, diu nihil nisi laborem pro-
mulgere. Etsi enim non pauci è dy-
astis ac regulis hanc illecebram

Q;

seque-

sequerentur: illâ tamen escâ, querant ad maiora studia pertrahendi, ad perniciem abusi, popularibus autores scelerum & seditionis fuere. alij namque ex his aperte Patribus vim machinati Indos à Patrum consuetudine misericordia deterrebat, alij subornatis in illorum caput sicarijs, religione quoque caput in cæde præconu- petebant. Et tolerari hæc mala ut virtutis religiosæ materies potuerè; nisi alienæ quoque ac æternæ saluti paratæ insidiæ vertuissent, sicariorum sceleri continuere. Nam astu stygij veteratoris, ac sectatorum eius consilio nemo æger ausus est morbi vlliū indicium Patribus facere; eo quoque inter reos habito, qui ægrotantis valetudinem aut ædes indicasset: ne quis morienti salutares afferre aquas, aut manus posset. Itaque ne tandem eâ indulgentiâ Barbarorum furori animu-

*Aegro-
rum su-
persticio.*

&

& fomes adderetur, Indi aliqui
de è sancti Ignatij tertiarè coloniâ,
Caaquazù dictâ, ducenti armati
umultus auctores exilio multâ-
unt, vt procùl centum leuca-
um interuallo abducti solù mu-
arent, si animum nollent. Illo-
um discessu patuit, quantum re-
ferat, malorum radices tollere.
Causa
malorum
sublate.

rix enim seditionis capita sunt
ex illâ ditione abstracta; cùm il-
lico alia rerum ac hominum in-
patres esse facies cœpit: ac velut
upto obice, qui antehac pro-
pensa Indorum ad rem Christia-
nam studia morabatur, certatim
virtuti manus dederunt: vt du-
bitari iam non posset, quin, vt
aliqui vltro à pietate alieni in-
genium sequerentur; longè plu-
es metu fuerint à fruge abstineri,
ne ipsis noxae apud impios
esset, fuisse meliores. Tunc e-
himi sublatâ templorum solitu-
dine habitari propè sacræ ædes.

Q. 4 cœpe-

cœperunt : ad rem etiam ac mensam diuinam , ad catechesin omnis promiscuè sexus ac ætas accurrit : Patribus ipsis cum rerum cælestium veneratione obsequis & existimatio accessit ; ut ab eorum nutu ac ore vniuersi penderent , nec desiderari ad bene moratam gentē aliquid præter constantiam in his primordijs posset . Vbi verò fama finitimos quoque regulos erudit , extorrem Caziquum , cuius tyrannidem antehac etiam salutis incommodo fugiebant , cum malâ sobole à finibus procul dissidere ; vetera pietatis & quietis domicilia repetiuere . Quam respirantis patriæ nouitatem eximia Matris in sobolem pietas illustrauit . Illa prolem nuper enixa nihil antiquius habuit , quām primum illi lauacrū Christianis aquis apparari . Attamen vota tam pia secretiori consilio Deus & natura destituit : partus enim

*Matris
rara in
prolem
pietas.*

enim ille non exspectatâ Sacerdotis salutari operâ vitam antè finiuit, quām posset meliorē inchoare. Quo casu Mater exanimata altero post filij mortem suspirio extincta est, nullo alio quām animi dolore, geminū invnā morte funus deplorantis. Tam triste fuit Indæ mulieri filium perdere, dum apud nos non paucæ Matres, ac patres nihilo feminis cordatiiores filiorum salutem sæpe grauiùs ac ipsam mortem deplorant. Cæteri quoq; coloni admisso semel Chri. sti iugo in dies meliores nihil non optimæ frugis pollicentur. Et profectò præter subducta scelerū alimenta, non leues aliunde stimulos ad virtutem accuratiùs collendam acceperunt, antequam e. *Tigris*
Dei of.
fensas
vulta.
 nim resipuiscent; tigris ceu à Deo vindice immissa scelerum vtrix imani strage totam viciniā compleuit: præter terrores quippe ac vulnera, quæ viatores ab insani-

Q 5 enti

enti ferâ citra mortis discrimen
retulere, vndenis, qui Christia-
no nomine barbarum animum te-
gebant, personam cum pelle de-
traxit, miserabili lanienâ ad sup-
plicium raptis; cùm non nisi tres
à nostris sacris alienati in prædam
belluæ cederent, ne quis dubita-
ret, quænam cælestis vindictæ
portio feræ dulcior fuisset. Præ-
ter homines viginti insuper equos
nec multò pauciores boues eadē
gula depasta est: vt in tam bru-
tis Indorum moribus fera videa-
tur discrimen inter iumenta &
heros ignorâsse. Quamprimum
verò ij crudeles esse in suas men-
tes desierunt; etiam tigris sæ-
uire in corpora destitit, incer-
tum, cuius imperio aut manu oc-
cisa.

*Bestias
pro India
pugnant.* At ne quis putet, bestiam tam
crudelem Indorum tantummodo
scelera castigâsse; ijs ipsis iam
probiora sequentibus opem ad-
uer-

uersus Brasilos tulit. Illi enim iterum collectis copijs Indorum felicitatem in discrimen vocaturi, famâ restaurati bellî oppidanos omnes ad arma concitârunt. Veruntamen Deus Indis arctiori iam foedere sibi adstrictis in subsidiū ferarum ac Barbarorū cohortem submisit : quibus causam innocentum propugnantibus Indi arma cum metu posuere. Bestiae enim & imprimis tigrides Brasilis vndequeaque obuiæ plerosq; sternebant: reliquias verò, si quæ illarum rabiem euitâssent, Guánæ Indi sævitie feris pares ex insidijs inuadebant, vt impij prædones intelligerent, se vt communem pestem ab hominibus & brutis è naturæ finibus exturbari.

Eam securitatem confidunt Patres magnum momentum ad mulitorum salutem allaturam: ubi Barbari etiam foris rescuerint, Indorum, qui bruta non essent, inco-

*Explorata co-
lonia hu-
iis con-
ditio.* lumenitatem à brutis quoque defendi. Eam ob causam, vt oculis coràm huius coloniæ rempublicam ac mores inspicerent, octodecim Guaiapori adhuc omnis disciplinæ rudes huc exploratum venere : quos incolæ humaniter habitos, epulis & festo missilium globorum fragore exceperunt, admodum illis officijs recreatos. Patres deinde Caziquijs duobus munerum loco forcipes, acus & hamos, ampla inter Indos dona obtulere : quæ ipsi ceu regias opes exosculati, Patri in templo de salutis negotio differenti patientem aurem præbuerunt : etsi ultra aures nihil profundius tunc admitterent. Ex his fuit quidam, qui in Guarambarè olim inter Christianos adscriptus, aliquamdiu captiuus Payaguáis inseruit, donec à Guayaraporis pro mancipio emptus his exploratoribus comes adhæsit. [Eius conditione per-

*Femina
sanctis
impedi-
menta.*

permotus Pater, vt hominem ex
animi & gentis barbarie redime-
ret, securim cum eius hero paci-
scebatur: quæ permutatio Indis,
ferro plūs quàm auro insidianti-
bus, est imprimis opulenta. Is
quæstuosam sibi mercaturam ra-
tus, facile seruo libertatis gratiam
pro tantillâ ferri massâ fecisset; si
mancipio fuisset integrum, ab eo
se nexus expedire. Sed miser ar-
etioribus vinculis impeditus ma-
luit immunitati, quàm muliercu-
læ domi exspectantis amoribus
valericere. hinc laqueo illo, qui
tot heroës suspendit, illigatus re-
trahi se ad compedes faciliùs to-
lerauit, quàm vt pateretur se fer-
ro à vinculis, aut hominis Dei san-
guine à noxa redimi, adeò nulla
grauior tyrannis aut catena est il-
lā, quam quisque sibi in suâ flam-
mâ cudit. Spem tamen sub disces-
sum fecit, se cum totâ familiâ pro-
pediem denuo adfuturum. Plu-

res ex illis minimè visi sunt à Christianis moribus abhorrere, pedem domum amplius non relaturi, nisi eodem fascino constricti ad seruitutem properassentur, quibus tamē est ignoscendum, si moram dilati sanioris consilij plurium accessu expiabunt.

Aliunde quoque vir inter suos magnæ nobilitatis huc concessit, Guairaminà dictus, Paraliquíni Guayaropororum principis nepos, qui à Paulopolitanis priùs captus, postquam illi ab Indis Cuantis fuere cæsi, in Quiriquiri Cuantorū Reguli seruitutem transiit. Eo internuntio Pater sus, Caziquio Quiriquiri pileum variè tinctum magni muneris loco misit, monuitque Nandiabazù patriæ turbatorem illis nuper sedibus electum, deinceps communī foederi nihil obstitutum; quod minùs queant fines suos iunctis armis ac animis aduersus quos-

cunque

cunque exteros tueri. Addebat
deinde, si Christianas mulieres
Paulopolitanis nupero bello ere-
ptas vellent in libertatem assere-
re, se pro qualibet securim spon-
dere. Guayraminà operam suam
ad vtrumq; mandatum liberaliter
pollicitus, Patrum animis grauem
aculeum infixit, in illorum etiam
pectoribus altius hæsurum, qui-
bus aliena salus cordi est. Is enim
sub discessum manum ac pedum
(ea gentis arithmeticæ est) digitos *Indorū*
percurrentes, pro illorum numero *arith-
metice* totidem nationes cis & ultra Pa-
raquarium flumen sitas recense-
bat, omnes adhuc Christianæ legis
prorsus expertes; quas & nos
ad prouocandam commiseratio-
nem, & acuenda illorū studia, qui
cum Alexandro Magno alioqui
deploraturi suam sortem essent,
velut omnis glorioſi laboris seges
fuisset pridem ab alijs demessa,
huc apponemus. Sunt autem

*arith-
metice*
est.

Cuanti

<i>Gentiam Christum ad huc ignoran- tiā mul- titudo.</i>	Cuanti Guacámæ Guchítæ Guáti Nambiguazù Characù Quiriguichì Doij Curmáni Gonni	Cocónæ Aiguæ Guaguichi Tatè Guatuáæ Guinchúni Curéchæ Ciyui Charáræ Guayaraporí
Eum viginti populorum syllabum cùm digitorum ordine percensuisset, pro gentis inscitiâ defiit numerum inire: vt quæ præter manuum ac pedum extrema, quibus ad quarumcunque rerum supputationem solet vti, omnes calculos ignorat. quod yltra hunc vicenarium excurrebat, id neque numero neque nominibus distinxit: sed puluere humi corraso & in sublime sparso, post productum longiori spiritu sibilum, H E T à, subiunxit. quâ voce Indi multitudinem innuunt, cuius		

ius non aptè possunt numerum
definire.

ATQVE hic est puluis, qui non
nisi plurium operarum sudorem, ^{Conclu-}
& piaculares vndas pluuiæ loco
exspectat; vt possit in fertilem
glebam ac spes vberes diuinæ
messis concrescere; cùm interim
tot populi, dissoluti pulueris in-
star, passim per Americæ solitu-
dines & nemora sparsi, æstu tot
scelerum malè inter se & cum
Deo cohæreant. Quæ calamitas,
& tanta in tam vasto agro sterili-
tas piarum mentium non modò
prouocare labores, sed elicere
sanguinem possit. Et vt Tertullia-
ni sententiæ subscribamus, expe-
riatur Paraquaria, Martyrum san-
guinem, aut certè operarum su-
dorem semen Christianorum esse.
Neque enim Catholici orbis tel-
lurem dixerim Ægypti glebâ vi-
liorem: cui si Nilus solis aquis
potuit fecunditatem afferre; malè
nega-

negamus, in tam vitali pro Deo
laborantium alterutrâ rigatione
diuinam sementem subesse. Ego
qui præter tantillum atramenti
hactenus in eâ culturâ profunde-
re nihil potui, omne laboris cre-
dam me punctum tulisse; si calen-
tibus bonarum mentium deside-
rijs oleum affudero, quo denuo
accensi ad sitientes Indos ceu fa-
tiscentes agros festinent. vbi post
impressum squalenti solo aratrū,
postremò falcem stringant, labo-
ris diuini sudorem plenis culmis
abstensi: ut ipse supremus Pater-
familias post aliquot aristas re-
gna sua miratus, messem
& operas cero-
net.


AD MAIOREM DEI
GLORIAM.

Errata

Errata sic corrige.

- Fol. 17. versu 10 illi alterum dele
fol. 38. v 10. verò lege vero
fol 50.v.7. post contendunt ita interpunge.
fol. 66. v 4. annorum lege annis
fol 79. v. à fine 7. sibi lege cibi (etionem
fol. 83. v. à fine 5. post vulpi tolle interpun-
fol. 123. v.1. cùm lege vim
fol. 133. v.10. vinum adde sacrificantū
fol. 134. v.2. impudenter lege imprudenter.
fol. 138 in marg. apud vitiū lege apud eos. vitiū
fol. 154. v. à fine 3. depositus lege depositus
fol. 159. v.1. offensā lege offensi
fol. 165. v.3. effet lege abeffet
fol. 170. v.5. quam lege quam
fol. 178. v.4. hinc lege hic
fol. 187. v.7. Pontificum lege Pontificum
fol. 222. v.3. extra lege extera
fol. 231. v.3. nutu lege vultus
fol. 240. v.5. à fine ipsa lege Ipsa
fol. 273. v.15. retracta lege retracta
fol. 279. v.4. à fine foro lege foro
fol. 315. v.11. est lege &
fol 325. v.7. post humi dele punctum
fol. 335. à fine v.6. nobili lege mobilis
fol. 340. v.6. ediderit, lege ediderint.
fol. eodem v.8. illa verba (de qno pluribus in-
frā agetur) omittantur.
fol. 345. v.3. præpos. ex dele.

0753



A649
S337m





